



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Calvinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Epistolam B. Pauli ad Romanos

Stapleton, Thomas

Antverpiæ, 1595

Argumentum Cap. VII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39447

te Apostoli : eam videlicet ob causam ven-
 ra æterna videatur tributum iustitiæ, id est
 ne veritas Apostolica eius hæresim infama-
 ret. Sed Calvinum Beza correxit. Quia
 1. Petr. 1. ipse Calvinus ad illa Petri verba, *Reportate
 finem fidei vestre, salutem animarum vestrarum.*
Potest (inquit) pro fine legi, Merces. Sic quum
 de fide agitur, vox, finis, mercedem Calvinus
 significabit; quum de bonis operibus agitur
 significare hoc non potest. Ita ille Scripturam
 sincerè scilicet tradat.

Argumentum Cap. VII

DE legis usu vberius disputat, ratio-
 nem assignans cur à lege soluti
 mus, (quod obiter prius dixerat)
 quia homini carnali non nisi ad con-
 demnationem valebat. Quod ne in legis con-
 tumeliam vergeret, docet culpa nostra
 etiam esse, ut in mortis materiã cederet
 ad vitam datum erat. Exin Spiritus & car-
 nis luctam in filiis Dei describit. Vbi ostendit
 quòd non solum peccatum, sed neque lex
 ipsa prohibens peccatum, dominatur at-
 que plus in renatis, nec terret, aut tyrannice
 imperat, sed delectat: quòd si lex non do-
 minatur, multò minùs peccatum. Nam &
 pugnat in membris, tamen non vivit, nec
 vincit, non dominatur in mente. Et per hoc

& si iustus ex parte, & secundum quid, carnalis est; ex potiori tamen sui parte, & simpliciter, spiritualis est.

4. Vos mortificati estis legi per corpus Christi, ut sitis alterius, qui ex mortuis resurrexit, ut fructificemus Deo.

Quum doceat Apostolus, legem quasi virum quendam uxori imperantem mortuam esse per corpus Christi, id est, per mortem in Christi corpore interuenientem, quæ legis imperium ac seruitutem sustulit per efficaciam & virtutem Spiritus ex merito mortis eius credentibus in Christum communicatam, vsus videlicet inuersione quadam verborum ad sermonis asperitatem leniendam, quia legem esse mortuam (quod, vt ordine similitudinem contexeret, dicere debuit) Iudæis, quos alloquitur, durus sermo videbatur, quod ipse hic Calvinus iuxta veteres interpretes rectè obseruauit, etsi Beza post eum aliter sapere voluit, hanc mortem legis vafre iterum propter nimiam loci euidentiam exponit Calvinus. Quum enim assermet, de sola lege ceremoniali, aut quæ Mosis ministerio propria erat, Paulum hic loqui, negetque eum de lege mandatorum disputare (in quo prorsus ab eo & merito dissentit Beza, quum ea, quæ proximè sequuntur, de lege mandatorum necessariò intelligenda sunt, ipseque intelligat Calvinus) vult do-

Lex per Christi corpus mortua.

Beza Caluino contrarius.

Beza Caluinum corrigit. A ver. 17. & infra.

cere legem mandatorum nō esse nobis
 tuam per mortem Christi; quod quomodo
 contra ipsum pulchre faciat, simulque
 sensu legem mandatorum per Christi mor-
 tem nobis credentibus mortuam esse Pau-
 lus doceat, explicabimus. Tenendum
 (ait Calvinus) Paulum eam duntaxat partem
 qua propria est Mosis ministerio, h'c attingere. Non
 quatenus decem praeceptis tradidit Deus quibus
 fit, vitamque nostram instituit, nulla somnians
 est nobis legis abrogatio, quia vigere perpetua
 Dei voluntas. Itaque diligenter meminerimus,
 esse hanc à iustitia, qua in lege docetur, solutam
 sed à rigida exactione, & ea, qua inde sequitur
 maledictione. Non ergo bene viuendi regula, qua
 lex praescribit, abrogata est, sed qualitas illa qua
 libertati per Christum partem opponitur: nempe
 summam perfectionem requirit, & quia non
 sumus, constringit nos sub aeterna mortis
 pena. Hæc ille. Duo dicit: vnum, nullam esse
 niandam legis abrogationem; alterum,
 rigida legis exactione, quatenus summam
 perfectionem requirit, solutos nos esse,
 quia hæc qualitas libertati per Christum
 partem opponitur. Horum prius verissimum
 quidem est, sed alteri & perpetuæ tam
 Caluini quam aliorum hæreticorum doctrinæ
 aduersatur, qua constantissimè docet legem
 abrogari, non solum quoad summam
 perfectionem, sed & quoad necessariam
 obseruationem; & in hoc legem Evangelii
 opponit.

Calvinus
 sibi con-
 trarius.

opponi, quod lex iubet facere, Evangelium iubet credere. Quod alijs in locis explicatum dedimus, & in præcedenti cap. ad vers. 14. Caluini verba protulimus, quibus docet, libertatem Christianam in eo consistere,

*In præambulo Antidor. Euangel. in Mattheum.

quod consentientia fidelium voluntati Dei vltro obedire libent; sed non legi obsequi, quasi vlla legis necessitate coacta. Si nulla igitur legis necessitas ad obsequium cogit, profectò lex abrogatur. Abrogatur enim illa lex, cui amplius obsequi non est necesse. Potest quidem iustus ea facere quæ lex dicit, non quia lex dicit, sed quia ex Dei amore ea facere vult, tamen si lex non diceret, nec vllum de ea re mandatum haberet; & hoc sensu iusto lex non est posita: sicut sano medicina non est posita, nec opus est sanis medico. Cæterum tamen, si cur non propterea medicorum præcepta abrogatur, sed ægris sunt necessaria; sic nõ propterea lex mandatorum abrogatur, sed *lex iniustus posita est, & non subditis* (ait Apostolus) ut qui à via iustitiæ aberrantes, legis freno indigent, legis imperio ad bene viuendum coercerentur. Sed & iustus ipse, tamen si vltro obediat voluntati Dei, agnoscit se tamen ad hanc obedientiam teneri; sicuti qui vltro crederet Deum esse plenum misericordia, & remuneratorem omnibus inquirentibus se, credere tamen hoc ipsum tenetur, quia Scripturæ diuinitus inspiratæ illud docent: nec propterea Scripturarum autoritas illi abrogatur.

1. Tim. 6.

Obedientia vltro non tollit obligationem legis.

rogatur. Hoc ergo prius alijs Caluini-
citis disertè repugnat.

Alterum quod dicit, tum in se falsum
tum à mente & sensu Apostoli hoc loco
nissimum est. Falsum est, à rigida legum
actione, quatenus summam perfectionem
docet, per mortem Christi nos esse soluti-
duabus ex causis. Primum, quia summam
lam perfectionem quam Caluinus somnia-
vt ipsa praua desideria lex prohibeat, &
dilectionem Dei totalem nos obliget, lex
exigit, vt alibi satis dictum est: mox ad

Ad ver. 7. infra aliquid dicitur. Deinde, quia per-
fèctissima legis obseruatio, quoad omnia
mandata præstanda, & omnia quæ prohibe-
deuitanda ad eò per mortem Christi non
litur, vt tum ipsa mors Christi exuberantem
gratiam dederit qua tota lex seruetur, tum
Christus ipse in Euangelio exactissimam
gis obseruationem diligenter & accurate

Math. 5. præceperit in sermone prolixo apud Ma-
thæum. Quorum prius ipsa Apostoli verba
proximè subsequenti ex parte docent. Quod
enim Apostolus, legem nobis esse mortuam
per mortem Christi, vt quasi veteri manna
mortuo nouum accipientes, vni Christi
coniungamur, cui vni viro alibi dixit
dixisse se suos quasi virginem castam exhibere. Christus
Ait enim: *Vt sitis alterius, qui ex mortuis resurrex-
it, vt fructificemus Deo. Despondemur autem
per fidem Christo resurgenti quasi alteri viro*

2. Cor.
11. 2.
Christo
viro quo-
modo de-
spōde-
mur.

mortua iam nobis lege; vt quemadmodum
 vxor consummato matrimonio fructificat
 viro, si nos copulati Christo, & semine gra-
 tie accepto (videlicet per mortem eius facti
 participes Spiritus Dei, qui nos in sanctam
 vitam renouat) fructificemus per bona ope-
 ra Deo. Sunt autem hi fructus bonorum
 operum, & tota renouatio nostra, ipsa in-
 primis mandatorum Dei obseruatio, vt per
bona opera nostra glorificetur Deus. Est ergo no-
 bis in Christo regeneratis, Christoque de-
 sponsatis, & Spiritus eius participationem
 nactis, lex mandatorum mortua, nec quoad
 eius abrogationem, nec à iustitia quæ in lege
 est solutionem (vt optimè hoc loco Calui-
 nus annotauit, disputatione tota Apostolica
 ad eam confessionem adactus) nec quoad
 eius rigidam exactionem, in quantum sum-
 mam perfectionem requirit, qualis à nobis
 præstari non potest; sed quoad illam legis
 rigidam exactionem, quæ nihil nisi iubens terret
 & comminatur; & quoad illam legis qualita-
 tem, quæ nihil nisi literam legis audientibus,
 & illi soli inhærentibus, seruiliter imperat, &
 seruillem extorquet obedientiam. Quoad
 hunc rigorem, lex nobis mortua est, nec am-
 pliùs terret; non est ampliùs virtus peccati,
 non auget præuaricationem, denique non
 est ampliùs rigidus exactor, aut durus pæda-
 gogus, nobis (inquam) Christo desponsatis,
 Christi Spiritu donatis, & mortis eius bene-
 ficium

Matth. 6.

Lex man-
 datorum
 quomodo
 nobis
 mortua.

Vide Au-
 gust. con-
 tra Faustū
 libr. 15.
 cap. 8.

ficium expertis. Hunc esse germanum stoliti sensum, sequentes versiculi commutrabunt.

§. *Quum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quae per legem sunt, operabantur in membris nostris, ut fructificarent morti.*

Legis vita
in carnali-
bus.

Hæc est vita legis in ijs qui in carne sunt. Id est, qui carnaliter viuunt, videlicet ut per legem iubentem, nec adiuantem passiones peccatorum operentur, id est, cupiditas peccandi magis ebulliat ac flagret in membris carnalium: quorum proprium est inuitum, & ex occasione mandati (vnde in sequentibus clarissimè docet) acrius & vehementius peccare. *Peccatum* (inquit) *id est, praua concupiscentia in me relicta, non accepta per mandatum, id est, magis temptata ad peccandum; seduxit me, id est, auxilium praeditatem peccandi, & grauiorem reddidit iniquitatem peccati (vbi enim non est lex, non prauaricatio) & per illud occidit.* Quum hæc sit vita legis in carnalibus, certissimum est quòd mors legis contraria est huic: ut illis mortua lex ab Apostolo dicitur, in quorum membris tales passiones per legem non operantur: id est, in quibus lex non amplius virtus peccati, non amplius seductio peccati, non amplius concupiscentiâ, non amplius seductio peccati datum, id est, occasione accepta per mandatum. Illis autem lex non est virtus peccati

infra v. 21.

* Sic Aug.
de Spir. &
lit. cap. 14.

Lex qui-
bus mor-
tua.

in illis concupiscentiam non irritat nec auget
 lex, qui libenter & liberè faciunt legem; non
 in illis qui ab eius perfecta obseruatione & ri-
 gore perfectionis manumitti & liberari vo-
 lunt. De tali libertate à perfecta obedientia
 legis aut de tali rigida exactione, quoad per-
 fectam obseruationem legis, Apostolus hoc
 loco nihil prorsus loquitur, nihil insinuat, ni-
 hil ad monet. Rursum, liberari velle à per-
 fecta obedientia, est prorsus adhuc esse in
 carne, & passiones peccatorum per legem
 adhuc in tali voluntate operantur. Est quip-
 pe hæc vox, est hic affectus eorum quibus
 lex rigida, ardua, dura videtur; idque adeò
 dura, vt impossibilis ad obseruandum videat-
 ur. In illis lex adhuc viuit, non est mortua.
 Legis (inquam) illa qualitas seruilis, & rigida
 exactio, adhuc in illis viuit. Nolunt enim se
 obligari ad legis obseruationem tanquam
 rem ad salutem necessariam. Clamant mi-
 feri: Durus est hic mandatorum sermo, quis
 potest eum ferre? vel potius, vt *serui pigri*, Matth. 23
 accusant Dominum legislatorem vt *hominem*
durum & austum, qui metit vbi non seminauit, &
congregat vbi non sparsit; id est, quasi ibi exi-
 gat lucrum & fructum operum, vbi non de-
 dit operandi auxilium. Omnibus huiusmodi
 lex adhuc viuit, & passiones peccatorum
 per legem operantur in membris eorum vt
 fructificent morti. Quibus autem lex mor-
 tua est, nec amplius rigidus exactor, sed bo-
 nus &

mus & necessarius magister videtur, illi
sunt in carne, sed in Spiritu; nec passio-
peccatorum per legem, sed affectiones
tutum per gratiam in illis operantur; qui
Spiritus Christi participes facti sunt, & i-
ustificant Deo.

Apostoli-
ci sensus
manifesta
corruptio.

Quid nunc Calvinus ad hunc locum
prioris sententiæ exegeticus est, eamque
ponit? *Ostendit (inquit) quam perperam
zelora sub eius imperio adhuc detineantur
Quamdiu enim dominatur ac viget literalis
doctrina absque Christi Spiritu, non cohibetur
nis lascivia, sed potius ebullit. Est manifesta
sensus Apostolici corruptio, eademque ab-
Putat semper (aut potius putare se
quia alia via loci euidentiā pro morte
gis, quoad seruilē eius timorem, à quo
su abhorret, euadere non potuit) loqui
Apostolum de lege ceremoniali, quō ita
in sequentibus versiculis, prosequens Ap-
stolus hanc disputationem, de lege manda-
torum se loqui apertissimè demonstrat. Hic
enim quum de lege dixisset, quòd mortis
sumus legi, quòd passiones peccatorum per legem
operantur in nobis, denique quòd solus sensus
lege mortis, quæ omnia legem valde pertrahit
gere ac traducere videbantur, subiungit: *ergo
ergo dicemus? Lex peccatum est? id est, peccatum
propria causa? Absit. Sed peccatum non cognoscitur
nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebamus
lex diceret; Non concupisces. Manifestum autem**

Apostolū
de lege
mandato-
rum lo-
qui pro-
batur.

facit aduertere & videre volenti, de qua lege
 haecenus loquutus est. Alioqui quàm ridicu-
 lum foret, ad obiectionem factam de lege ce-
 remoniali, responsum formare de lege man-
 datorum & morali, ad quam præceptū hoc
 pertinet, *Non concupisces* ! Calvinus ergo de
 lege ceremoniali hæc & præcedentia Aposto-
 li verba exponens, sensum eius deprauat, vt
 merito Beza ipsemet ab eo hac in parte re-
 cesserit. Deinde absurdum est, quòd domi-
 nante ac vigente literali legis doctrina abs-
 que Christi Spiritu, non cohibetur carnis
 lasciuia, sed ebullit. Absurdum, inquam, est,
 literali legis doctrinæ vigenti carnis lasciuia
 tribuere, vt (sicut Apostolus loquitur) *per*
legem ceremonialem passionibus peccatorum ope-
rentur in membris carnalium. Non enim satis
 est dicere, iuxta Apostoli sententiam, vigen-
 te literali legis ceremonialis doctrina absq;
 Christi Spiritu, lasciuia carnis ebullire: quum
 idem sit verū de vigente lege naturæ absque
 Christi Spiritu. Vtrobique enim causa tota
 lasciuie ebullientis, est absentia Spiritus
 Christi, sine quo carnis lasciuia non prohi-
 betur, sed ex natura corrupta ebullit. Sed
 Apostolus de illa lege loquitur, non solum
 cum qua, sed *per quam passionibus peccatorum ope-*
rantur in nobis : id est, quæ sit aliqua causa e-
 bullientis lasciuie carnis; causa autē non pro-
 pria, sed (vt postea explicat) *per occasionem,*
 quatenus videlicet naturæ hominis corru-

Calvini
 sensus
 absurdi-
 tas.

Z. p̄rio;

ptio, accepta illa lege absque Spiritu Christi magis irritata fuit ad peccandum. Quae autem lex ceremonialis nec vllū peccatum prohibeat, nec vllam virtutem præcipiat, sed exterius tantum cultus præscribat, & absque interno aliquo virtutis actu (non quidem ad meritum, & vt sint virtutū opera, sed) legitime exerceri poterant, illa vt per occasionem ad peccandum in moribus irritare, & sic præuaricationem augere non potuit. Absurda igitur est Caluini hoc loci sensus Apostolici deprauatio. Quare quae postea de hac lege Caluinus subiicit, exponens illa verba, *Passiones peccatorum per legem operabantur, hoc est, legis opus, si non accesserit ille magister Spiritus, corda nostra magister accendere, vt in prauas cupiditates ebulliant, de mandatorum disertissimè exponit postquam* Apostolus, sicuti iam supra ostendimus, de lege ceremoniali nec vnum hinc verbum dicit, sed solum facit, nec vllō modo verum hoc esse potest. Qui enim ceremonias legales non literaliter seruabant, quamquam signa remanentia spiritualium (ait S. Augustinus) pro ipsius obseruabant; nescientes quò referrentur, id existimabant, quòd tali seruitute vni omnium quem non videbant, placerent Deo. Erat igitur legalis illa legis custodia cultus aliquis Deo, sed legalis; nec sine Spiritu Christi ad prauas cupiditates accendebat, sed sine Spiritu Christi intellectū in seruitute & pædagogia legali per-

Dedot.
Christ.
b. 3. c. 6.

pulum tantisper detinebat, huiusmodi rā-
men quæ esset veri Dei cultus, verus ac le-
gitimus, non impius aut miserabilis, qualis
Gentium erat, vt eodem in loco demonstrat
Augustinus. Sed erunt hæc omnia ex ijs, quæ
proximè sequuntur, clariora : vbi & causa
ostendetur, cur à lege mandatorū ad legem
ceremonialem Apostoli verba deflectere ac
decorquere Caluinus voluerit.

6. Nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua
detinebamur; ita vt seruiamus in nouitate
Spiritus, & non in vetustate literæ.

Quomodo antea dixerat passiones peccato-
rum per legem operari in membris carnalium,
nunc à contrario demonstrat, ab illis videli-
cet qui non sunt carnales, sed spirituales.

Nunc autem (inquit) id est, per Spiritū Chri-
sti, quem accepimus, & cui iam desponsati
sumus quasi nouo marito; soluti sumus à lege
mortis, id est, liberati sumus à lege quatenus
erat mortifera & litera occidens, iubens &
non adiuuans, ideoque præuentione au-
gens; in qua detinebamur, id est, sub qua ante
gratiam Christi seruiliter detenti sumus;
qualique sub iugū missi, eius terrore animos
nostros semper occupante atque turbante.
Nunc autem ita liberati sumus, vt seruiamus
Deo, voluntatē eius facientes, legisque man-
data seruantes; nō in vetustate literæ, id est, non
in ea carnalitate veteris hominis, quam sola

A lege
mortis
quomodo
soluti

litera legis per occasionē occidēs auxilium in
bis (hoc enim in sequentibus versiculis lega-
citaris aperte demonstrat) *sed in nouitate Spi-
ritus, id est, in ea mentis renouatione quā Spi-
ritus Christi, Spiritus Sanctus, per charitatem*

Rom. 7.

cordibus nostris diffusam operatur in nobis.

Quid hīc Calvinus? Ait nos tum à lege
nō, quum ab eius rigida exactione & maledictione
absolutos, Spiritu suo nos imbuit Deus, quo in
suis ambulemus. At quid hoc ad legem cere-
monialem, de qua hīc loqui Apostolus videtur?

Lex cere-
monialis
nullo mo-
do obli-
gat.

Quis ignorat ab illa lege nos in totum sol-
ac liberari, ita vt nulla iam nos ceremoni-
legalis astringat, nō solum à rigida eius ex-
actione, quatenus summam perfectionem
quirebat, vt nihil planè eorum, quae
præscriperat, intermitteri debuerit? De
quī illam legem ceremonialem exactio-
nē seruabant, & sub eius rigida exactione
maledictione cōtra transgressores vivebant.

Legis ce-
remonia-
lis rigida
exactio
non care-
bat Spi-
ritu S. &c.

Spiritu S. non carebant, vt in vijs Dei am-
bularent. Nisi fortè aut nullos temporari-
teris Testamenti in vijs Dei ambulasse, et
absq; Spiritu Dei ambulare potuisse, cur
terrib? Pelagianis exstimet Calvinus. Hic
go per legem mortis à qua soluti sumus, et
legem mandatorum, quoad eius rigidam
& seruilē exactionem, necessariò intelligi
re, aut planè absurdissima dicere debet Cal-
uinus. Iam ad illa Apostoli verba, *In nouitate*

Spiritus, Spiritum litera opponit (ait Calvinus)

Spiritus, Spiritum litera opponit (ait Calvinus)
Denique

quia antequam ad Dei voluntatem voluntas nostra per Spiritum S. formata sit, non habemus in lege nisi externam litteram, quæ frenum quidem exterius nostris actionibus inijcit, concupiscentiæ autem nostræ furoribus minime cohibet. Verissima hæc sunt. Sed de lege mandatorum, quatenus per externam solummodo doctrinam terret tantum, frenatque ex timore pœnæ actiones externas, ne liberæ transgressioni habentæ latentur, animi verò appetitum sensualem non cohibet, non coërcet, hoc totum intelligi debere, quis non videt? quis non advertit? Ceremoniæ legales nullum frenum externis nostris actionibus, quas prava concupiscentia excitabat, iniiciebāt; nec circa huiusmodi actiones aut frenandas aut laxandas vlllo modo versabantur. Qui maximè in veteri populo spirituales ac sancti erant, vt sancti Propheta, & ipse inprimis Dauid Propheta regius, ceremonias Mosaicas exactissimè seruabant; & tabernaculum aut templum frequentabant, festa, sacrificia à Mose præscripta religiosissimè celebrabāt: de quo nemo dubitare potest. Non ergo illarum rigida exactio spirituali nouitati cōtraria erat, aut vllum prorsus impedimentum. Ita Calvinus ipse textū Apostoli aliter exponere non potuit, nisi ea diceret, quæ ad legem mandatorum, quatenus seruiliter imperando mortifera erat, necessariò pertinent.

Denique per legem mortis hoc loco legem

Spiritus
nouitas
vetustati
literæ quo
modo op
ponitur.

Z ; gem

Legis rigida exactio est feruili timore legis.

gem mandatorum, iuxta illam rigiditatem conditionis qualitate quam toties diximus, Apostolum intellexisse, illa eius verba paulo frequentia luculenter demonstrant: *Inueni est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc est mortem. Hæc est lex mortis, à qua soluti sumus per gratiam Christi. Mandatum sanctum & iustum, & bonum est (ait Apostolus) nec bonum per se factum est nobis mors. Sed peccatum, ut appareat peccatum, id est, fomes peccati & sensualitas naturæ deprauate quanta in nobis esset, manifestum fieret, per bonum operatum est mortem, id est, quod erat per se bonum, vertit in malum; ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum; id est, ut manifestetur tota malitia peccati quod ex mandato sancto maiorem accepit prauaricationem libidinem; sicut aranea naturam suam venenatam in eo maximè ostendit, quòd ex tenuissimo flore venenum hauriat; & hæretici ipseque in primis hoc loco Calvinus, perniciam suam & fallèdi libidinem in eo maximè ostendunt, quòd ex ipsis diuinitatis Scripturis suos errores hauriunt, ut sic loquor modum errans error per Scripturas. Lex ergo, id quod iustum ac sanctum est precipiens, per se bona ac sancta est; sed infirmis corruptis animis nõdum Spiritu Christi tributa & gratia sanatis, causa mortis est nociva, sed non mala. Quod apte admodum similitudine expressit S. Augustinus hæc loca*

locum pertractans. Quod (inquit) est oculis sa-
 nis ad videndum solem, hoc est gratia mentibus
 ad implendam legem. Et sicut oculi sani non solis de-
 liciationi moriuntur, sed illis icibus asperis radio-
 rum, quibus reuerberati, in densiores tenebras pelle-
 bantur; sic anima qua per charitatem Spiritus salua
 facta est, non iustitia legis mortua dicitur, sed illi
 uari & praua iustitia, quam lex per literam, cum
 gratia defuit, faciebat. Hæc ille. Sed totum
 hunc sensum legis mandatorum per occa-
 sionem mortiferæ, & liberationis nostræ per
 Christum ab eadem eius qualitate mortife-
 ra & accidentali malo, quem tam perspicuè
 docet Apostolus, fugit quasi à facie colubri
 Caluinus, fugiunt & alij hæretici, ne ve-
 ram libertatem ex gratia Christi nobis col-
 latam, spiritualem & sanctam, qua liberè ser-
 uimus iustitiæ, vlllo modo agnoscant; suamque
 commentitiam libertatem, penitus carna-
 lem & impiam, vt nullo legis vinculo con-
 scientiæ obligentur, substituunt. Ad quam
 impietatem luculentius relegendam, ve-
 rumque ac germanum Apostoli sensum à corru-
 ptelis Calvinianis vindicandum, hæc Apostoli
 loca accuratè ad literam tractare voluimus.

Notandum verò quòd in sequentibus sen-
 tentijs, Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? &c.
 de lege mandatorum agere Apostolum agnoscit
 Caluinus. Sed quomodo ab altera lege cere-
 moniali, de qua hactenus toto hoc capite
 agere Apostolum voluit, ad hanc mandato-

Z 4

cum

Contra
 Faustum
 lib. 1.5.8.8.

Caluini
 tergine-
 fatio ex-
 ipsomet
 refellit.

rum deflexerit, aut quomodo de illa
disputās, nūc de hac quæstionē moueat Apo-
stolus, nihil prorsus adfert Calvinus, qui
nec adferre potuit quā luce clarius sit, de-
dem nunc lege Apostolum quærere, an
peccatum sit, id est, vt ipsemet Calvinus
exponit, *an illi culpa peccati imputari debeat,* si-
tra quātam multa prius in hanc sententia
dixisse visus erat, dicens quòd *per illam peccata*
peccatorū operabantur, & quòd illa esset lex
in qua detinebamur. Ita Caluini silentium
oculum demonstrat, studio illum & ex-
stinata malitia veritatem orthodoxam
elinasse, nouumque figmentum suum
lege ceremoniali substituisse.

7. *Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret
Non concupisces.*

Concupif-
centia in
decalogo
prohibita
quæ.

Quia doctrinam de concupiscentia
hementer deprauarunt moderni heretici,
tici, obseruandum est, concupiscentiam
loco & in decalogo prohibitam, nec esse
sam concupiscibilitatem, quæ pars anima
concupiscibilis dicitur, estque potentia
naturalis tam ad bonum quàm ad malum
differens, qua etiam primus homo in
innocentia non caruit; nec esse solam car-
nem concupiscentiam, quæ proprio nomine
libido dicitur (quamuis etiam cuiuscunque
cupiditatis hoc sit generale vocabulum,
lib. 14. cap. 15. de Ciuitate Dei docet
gub.)

gust.) nec esse totam sensualitatem, ut sen- 3.
ndem animi motum seclusum à ratione significat,
 sicut eam definit Augustinus de Trinitate
 lib. 12. cap. 12. quæ totam inferiorum vi-
 rium rebellionem & deprauationem expec-
 cato originali inuectam complectitur, quæ
 vocatur infra *lex membrorum*, quia est impetus
 quidam sensualitatis, in brutis quidem do-
 minans, ideoque simpliciter lex, in homine
 originali iustitia destituito pœnaliter eum con-
 sequens, ut docet S. Thom. 1.2. q. 91. ar. 6.
 Hanc supra cap. 6. vocauit Apostolus *corpus*
peccati, propter passionem peccatorum quæ
 operantur in corpore. Infra quoque vocat
legem peccati, quia inclinatur ad omne ferè pec-
 catum. Vocatur etiam *vetus homo qui corruptus* Ephel. 4.
secundum desideria erroris, id est, falsa: & inter-
 dū *caro*, ut ibi, *Caro concupiscit aduersus spiritum:* Gal. 5.
 quia quicquid carnaliter & secundum carnem
 fit, ad hanc corruptionem & sensualitatem
 spectat: quam & August. vocat *radicem per-* De ciuit.
uersi amoris & erroris, ex qua innumera mala pro- Dei lib.
ueniunt; & tandem *fomitrem peccati*, epist. 29. 22. cap. 22
 & alibi sæpe. Sed concupiscentia & sensuali-
 tas hoc loco pro eius malis fructibus accipi-
 tur, non quidem omnibus, sed quos per con-
 sensum superioris rationis parit: ut sic nec
 ipsam in se habitualiter inhaerentem concu-
 piscentiam significet, à qua tentatur vnusquis- Iacob. 1.
 que, ut Iacobus docet; nec etiã primum eius 4.
 motum & actum, seu, ut Iacobus loquitur,

Z 5 partum

partum (quum enim conceperit, parit peccatum) sed huiusmodi eius partū & actum, qui (per consensum) consummatus generat mortem. Vnde

Lib. 6. c. 3 Augustinum ita distinguentem contra Iulianum Hanc enim per se concupiscentiam seu sensualitatē, eiusque primos motus & desideria prava decalogus per modū obligationis nō prohibet, sed actū & cōsensum interiorē, quē nulla lex humana punit, quēque magis peccatores absque prohibente lege peccato esse nesciunt. Quæ quidē prava desideria primisque motus in nondū renatis per Christum

Cont. Iul. iuxta Augustini doctrinā quodammodo peccata sunt, cuius causam assignat epistola ad

lib. 6. c. 3. quia unum adhuc cum Adamo sunt, à quo illa traxerūt. Quæ tamē eius doctrina sic intelligenda est, vt tales inuoluntarij motus proprii

Concupiscentia primus motus in nō renatis quomodo peccata. peccata nō sint, & homo infidelis huiusmodi motus sentiens, sed non consentiens, hoc præceptū, Non concupisces, nouo semper peccato non violet, sed quòd tales motus, quum peccati originalis in infideli nōdum remanent fructus sint, peccati quandā rationē induunt, sicuti pollutio nocturna ex prava cogitatione diurna orta peccati rationem indueret, utcunque inuoluntaria, & non per se nouum peccatum. Sed hæc concupiscentia in ipso nondum renatis, quatenus culpabilis sit, in peccatum potius imputetur quàm propriè peccatum sit, olim distinctius explicatum dedimus in opere nostro de Iustificacione

tionem lib. 1. cap. 12. & lib. 3. cap. 3. & 5. Aliquo tamen sensu etiam ipsis renatis hæc ipsa in se concupiscentia, quoad primos eius motus pravaque desideria, in hoc præcepto continetur, non quod sub pœna peccati mortalis aut venialis obliget hoc præceptum, nisi quoad mentem & interiorè eius consensum (quo sensu August. rectè negat hoc præceptum ad præsentem vitam pertinere, de Spiritu & lit. c. ultimo, & contra 2. epist. Pelag. lib. 3. c. 7.) sed quod doceat naturæ morbū & querere medicū, & ad quotidianū profectū docendo incitet; quod multis in locis docet August. de nupt. & concup. lib. 1. cap. 29. epist. 200. & in libro de perfectione iuliticiæ, & alibi.

Concupiscentia primomotus quomodo prohibetur.

Calvinus suum hinc iudicium interponit S. Augustino aduersa fronte contrarium. Hoc (inquit) ultimo præcepto, Non concupisces, tantam à nobis integritatem Deus exigit, ut nulla nos vitiosa cupiditas ad malum sollicitet, utcumque non accedat consensus. Sed huius nouellæ sententiæ, planeque absurdissimæ, & D. Jacobi verbis citatis contrariæ, quam rationem adfert? Hanc vnicam, quod in superioribus decalogi præceptis damnauerat haud dubiè Deus quoscunque prauos affectus animi nostri concipiunt, hic autem ipsos appetitus quibus trullamur. Quæ ratiuncula nihil probat. Tamen si enim præcepta illa, Non furtum facies, Non mœchaberis, Non occides, mentalem haud dubiè mœchiam & homicidium aut furtū solo animo delibera-

*Caluini ratiuncula propter quam S. Augustino se opponit, refellitur.

tum

tum non secus quàm externos actus prohibuerunt; tamen quia Iudæi homines, valde literales & crassi, non ita illa verba intellegendi erant, additum erat hoc vltimum preceptum contra mœchiam mentalem, & alienæ concupiscentiam solam. Quod ad verum est, ut propterea Iudæi nec ipsam alienæ uxoris concupiscentiam, aut alienæ rei appropriationem alia ratione quàm quatenus cum iniuria proximi coniunctæ erant, nec in homicidij prohibitione omnem animi prauum ex ea parte affectum prohiberi existimauerint. Hac enim de causa docuit Christus Iudæos in prima sua proluxa concione, mentalem mœchiam in vniuersum prohiberi, omnemque prauum contra proximum affectum, omnem iram & contumeliam contra legem Dei esse: frustra sanè id facturum, si in singulis illis præceptis hæc omnia comprehensa prius intellexissent. Deinde, propterea distinctis præceptis in decalogo mœchia mentalis & furti concupiscentia distincte prohibentur, quia magis sunt homines ad libidinem & avaritiam procliuēs, quàm ad iram, magisque illa duo quasi naturalia & minus vitiosa putamus (quia altera ad speciem, altera ad indiuidui conseruationem spectat) quàm odium illud proximi quod ad eandem prorumpit, aut ad eam perpetrandam commouet. Sanè Iosephus, homo Iudæus, & Iudæarum legum peritissimus, Polybium historicum

Præcepto
postremo
cur auari-
tia & mœ-
chia mē-
talis pro-
hibita.

ricum hoc nomine reprehendit, quod Antiochum ideo miserabiliter perijsse scribat, quia Dianæ templum diripere vellet. Nam (inquit) voluisse tantum ac non etiam perfecisse sacrilegium, non videtur res digna supplicio. Hæc ludæus ille. Vnde facile est colligere, quomodo legem suam Iudæi intellexerint, sacrilegia non secus quàm homicidia, furta, adulteria, prohibentem. In illo igitur præcepto, Non concupisces, ipsi pravi affectus deliberati mortis & furti distinctè & disertè per modum interdicti obligantis prohibentur, non ipsa prava desideria quæ inuoluntariè surgunt, & absque consensu transeunt.

Antiquit. Iud. lib. 12. c. 13.

Sed quid? an ipsos appetitus primos absque consensu in hoc præcepto sic prohiberi existimat Calvinus, sicuti in alijs præceptis præcedentibus affectus pravi deliberati haud secus quàm actus externi prohibentur? Ad hoc responderet: Paulus se reatum suum deprehendisse ex hoc latenti morbo dicit. Vnde sequitur, qui- cumque colaborant; minime esse excusabiles, nisi quatenus culpam Deus ignoscit. Tenenda interim est illa distinctio inter pravas libidines quæ ad confessionem usque perveniunt, & concupiscentiam quæ sic corda inulsa & afficit, ut in medio impulsu subsistat. Et paulo superius dixerat: Multum inter deliberatam voluntatem interest, & appetitus quibus delectamur. Statuit ergo ipsos primos impulsus damnabiles esse (sicuti alibi loquitur) & inexcusabiles, ut hîc dicit: tenendam tamen esse

esse distinctionem inter illos & consentaneam illis datum. Atqui quæ sit hæc distinctio, quod discrimen, impostor non dicit, non aperit. Coëgit enim summa ratio aliquam distinctionem agnoscere. Et quidem iuxta Lutheranos, qui inter veniale & mortale peccatū aliquo modo distinguūt, etsi præstiterè (vt alibi ostendimus) hæc distinctio aliquo modo retineri potest: sed iuxta Calvinianam doctrinam, quæ totam hanc distinctionem subsannat, omnèque peccatum ex sua natura damnabile ac lethale esse pronunciat, non veniale peccatum nisi ab euentu agnoscatur, id est, cui per Christi gratiam venia facta est. Tota hæc distinctio non nisi fucus & fabula est. Nec aliam ob causam huius distinctionis hoc loco mentionem fecit Calvinus, quia vt lectori fucum faceret, planeque illudens. Distinctio vera inter vtrumque est, quod ipsa praua desideria absque consensu nulla peccata sunt, quæ reū hominè tenent, sed vitia naturæ corruptæ; consensus autem adiectus veri nominis peccatum facit, idque pro subiectæ materiæ diuersitate, vt ex imperfectione actus, peccatū aut veniale, aut mortale. Qua de re alibi plura distinximus.

Vbi supra
s. 2 & seq.

De iustificatione lib. 12. cap. 7.

9. Ego autem vivebam sine lege aliquando.

Dupliciter hunc locum corrumpit Calvinus. Primum, quoad vitam sine lege, de qua Apostolus loquitur. tum de persona eius in qua loquitur. Ad prius quod attinet. *Isud (inquit) vivebam, habet propriam connotationem: quia absentia legis faciebat ut viveret, hoc est, inflatus iustitiae suae fiducia, vitam sibi arrogaret, quum tamen esset mortuus. Quo sensu vix quicquam absurdius fingi potuit. Inflatum esse iustitiae suae fiducia apud Paulum, eum proprie significat, qui in lege & per opera legis iustitiam quaerit; non in fide, neque in gratia Christi. Ideo docet, non per legem facturam, sed per legem fidei exclusam esse gloriationem. Quia videlicet illi proprie in seipsis gloriantur, qui in lege factorum fiduciam quaerunt. Eandem quoque ob causam, ut omne os obstruatur, id est, ut nemo iustitiae suae fiducia infletur, pronunciat, quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro, tum in hac epistola, tum ad Galatas. Vivere autem sine lege hoc loco non aliquam iustitiae propriae opinionem, sed altissimum omnis iustitiae neglectum atque contemptum significat: quod verba proxime praecedentia satis ostendunt: *Sine lege peccatum mortuum erat, id est: Vbi nulla lex redarguebat peccatum, nullus erat peccati sensus, nulla conscientia. Moxque hoc ostendit non in persona sua (quae secunda est Cal-**

Calvini sensus absurdissimus refellitur.

ROM. 1.

Sine lege vivere, quid significet.

mini

uini hoc loco corruptio) sed in persona maximorum peccatorum, qui ante legem scriptam sine conscientia peccati viuunt, id est, adeo, vt legem naturæ in cordibus scriptam penitus obliuiscantur, de quibus statim loquitur.

Verf. 10. iungit: *Sed cum venisset mandatum, peccatum inuixit*, id est, patefactum est, mihi que magis

Verf. 7. innotuit. Vnde antea dixerat, *Peccatum non cognoui nisi per legem*. Sine lege ergo adeo propriæ iustitiæ fiduciam non habent peccatores, vt absque vlla iustitiæ cura aut consideratione toti peccatis indulgeant, sine vno aut sensu aut conscientia peccati.

Sed probare conatur Calvinus Paulum in sua persona hæc verba dixisse. *Quamuis loquitur* fuerit eruditus à puero in doctrina legis, illa erat literalis Theologia, qua suos discipulos humiliat. Quo verbo damnat omnes (quos quot erant) Iudæos eruditos in lege, quos tamen fuerunt, etiam ipso Christi tempore, Zacharias ille cum vxore Elisabetta, ambo iusti ante Deum, Simeon iustus, Nathanael verè Israelita, & alij sine dubio innumeri. Sed & hoc suum paradoxum, cum insigni calumniam coniunctum, probare vult. Non

Luc. 1. *(inquit) sicut alibi dicit velum interpositum quod ne lucem vitæ in lege conspiciant Iudæi* (2. Cor.

10an. 1. *24.) sic etiam Paulus ipse, quantisper Spiritu Sancto vacuus velatos habuit oculos, sibi in externa legis larua placuit. Atqui illud velamen, de quo ibi Paulus loquitur, incredulitatis velamen est.*

Calvini
alia cor-
ruptela.

erat propagato iam Euangelio Christi, non aliqua externa iustitiæ larua. Neque Paulus ante notitiam Christi, externam tantum habuit iustitiæ laruam, sed ex adiutorio Spiritus S. quo veteres iusti non carebant, seruiuit Deo in iustitia & sanctitate: nisi forte im- pio Caluino magis hac in re credendum sit quam ipsimet Paulo: qui de seipso hunc in modum scribit, nō vanæ iactantiæ causa, sed ad necessariam autoritatis suæ tutelam:

Paulus ante notitiam Christi iustus.

Secundum iustitiam quæ in lege est, conuersatus sum sine quærela. Et iterum: Gratus ago Deo, cui seruis à progenitoribus meis in cōscientia pura. Et rursus:

Philip. 3. 2. Tim. 1.

Ego omni conscientia bona conuersatus sum ante Deum usque in hodiernum diem. Non ergo sic vivebat aliquando Paulus sine lege, vt eruditus in doctrina legis externam iustitiæ laruam retineret, quasi totus interea peccatō immer- sus, seposita legis cogitatione peccaret, & sic sopitum in eo peccatū esset, vt ei propè mortuū videretur. Con- uersatus est secundum iustitiā quæ in lege est: ergo non fuit in eo seposita cogitatio legis, neque sine lege vivebat. Seruiuit Deo in conscientia pura: ergo non in externa iustitiæ larua. Conuersa- tus est in omni conscientia bona ante Deum: ergo veram coram Deo, non externam tantum, iustitiam coluit. Rursus Paulus hoc loco (ait Caluinus) de ebria confidentia loquitur, in qua desident hypocrita, dum sibi adulantur, quia ad peccata sua conueniunt. Nam & ipsi Paulo detexit mandatum quanta prauitate seatebant intima cor-

A. 23.

aliqua
conscientia
bona ante Deum

A a dis

dis sui, & simul occidit. At quomodo talis ebraica confidentia, talis hypocritica desidia, tanta prauitas in intimo cordis scatens, in Paulum caderet, conuersatum sine querela secundum iustitiam qua in lege est, id est, qualem lex docet iusta, & sancta, & bona? Non dicit iustitiam ex lege, quasi ex sola doctrina legis sine Spiritu Dei literalem iustitiam tenuisset. Deinde que talem suam iustitiam describit, qualem in personis Zacharie & Elisabethæ Evangelium commemorat, dicens: *Ambo iusti erant ante Deum, ambulantes in omnibus mandatis & constitutionibus Domini, sine querela.* Deinde hypocritica desidia non seruit Deo in conscientia pura, sicuti de se Apostolus affirmat. *Potestis modo, qui in omni conscientia bona conuersati sunt Deo, eius intima cordis prauitate non lesa.* sed planè pura sunt. Quomodo ergo dicitur Paulum de sua persona in his rebus non loqui, sed de illo hominum statu qui sine sensu & conscientia peccati quasi exeges viuunt, aut nulla lege accepta, aut omni cogitatione legis seposita, sopita & obruta.

Sed quare Calvinus totum hunc locum tam manifestum duplici corruptela obprauare voluit? Hanc vnam ob causam, si veram Apostolicam disputationis lineam nēdo fateri cogeretur, legem externam peccati causam seu occasionem potius esse, quatenus sine gratia Christi terret, non delectat docet, non adiuuat, conuincit peccatores.

Caluina-
nz corru-
ptelę cau-
sa notan-
da.

non iustificat: quia comminatur, & feruili timore sub iugo tenet, irritando magis concupiscentiam, & prauaricationem augendo. Hoc nunquam ex Pauli litera agnoscere Calvinus vult, ne verum gratiae effectum fateri cogatur, quae hunc terrorem tollit, & praua Luc. 3:
in directa, aspera in vias planas conuertit, sicuti de Christi gratia praedictum fuit. In hunc finem, & vt commentitiu suum legis rigorem, quoad perfectam eius obseruationem (quam nulla Scriptura docet) stabiliat, haec ita verba deprauauit, deprauaturus mox & alia, vt in proximo textu videbimus.

9. *Sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit.*
 10. *Ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem.*

Pergit Apostolus in eo peccatore describendo qui sine sensu & conscientia peccati vitam agens, omni scelere & maleficio contaminatam, tandem audito mandato Dei peccatum prohibente, poenaeque peccato comminante, pro eo quod Dei voluntatem amplecti & a peccato desistere debuit, magis ad peccandum irritatus, & maior prauaricator effectus est. *Cum*, inquit, *venisset mandatum*, id est, intelligere legem Dei coepissent; *peccatum reuixit*, id est, iam mihi innotescere coepit, meque vehementer arguere, sensum mihi & conscientiam peccati acerbam ingerere. *Ego autem mortuus sum*, id est, mor-

Peccato-
 ris descri-
 ptio, qui
 audito
 mandato
 magis
 peccat:



tuum me esse mortuū; destinatum cogno-
 scere, quia victus à peccato, victus à dulcedine
 consuetudine peccati, prohibente lega-
 tis ad peccandum exarsit. Atque hoc demum
 modo, mandatum quod erat ad vitam, id est, quod
 mihi ideo datum erat, ut faciendo illud viverem
 eo, vitamque æternam acquirerem (dixit enim
 legislator, *Si vis ad vitam ingredi, serva manda-
 ta*) fuit iam mihi ad mortem, id est, mortis ac-
 cisionis meæ tum testimonium certius, tum
 occasio vehementior; non sanè vitio legis,
 sed vitio prauitatis meæ, quod in sequenti
 versiculo perspicue docebit.

Calvinus
 textum si-
 bi aduer-
 sariem
 dissimu-
 lat.

Hic Calvinus, agnoscens quidem ab-
 sentem mandatum reuixisse peccatum, sed
 per legem detectum & patefactum esse, per
 temeris penitus quod Paulus subiungit
 Ego autem mortuus sum, nec illorum verborum
 vlla prorsus explicacione allata, Mandatum
 fuisse ad mortem, hoc sensu exponit: *Quia nemo
 nostrum qui legi obtemperet, non potest asserere nisi mor-
 tem.* Qui sensus Apostoli verbis contra-

Calvinus
 Pauli con-
 tradicit.

dit. Dicit enim Apostolus, datum esse mandatum
 ad vitam. Potest igitur dare vitam, nec semper
 affert mortem. Potest, inquam, non ex lege

Gal. 5.

lūm, sed per gratiam Christi, id est, per
 fidem in Christum, qua per dilectionem operatur
 beneque operando mandata seruat. Non
 sanè hominum est qui absque gratia Christi
 legi obtemperat; falsum tamen est, quod
 potest asserere nisi mortem, quia cū gratia Christi

afferit vitam. Sed quo sensu Apostolus dixerit, *mandatum esse ad mortem*, iam proxima eius verba lucidissime declarat: quæ etiã idcirco Calvinus deprauat, vt iam videbimus.

11. *Nam peccatum, occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per illud occidit.*

It Apostolus mandatum factum esse ad mortem, non quia nisi mortem adferat, vt impia Caluini glossa habet; sed quia peccatum, id est, prauitas vitiosa cordis humani, occasione accepta per mandatum, id est, magis irritata per mandatum (nam desiderij prohibiti fructus dulcior est, ait Augustinus hunc locum exponens) seduxit hominem, id est, auxit peccandi desiderium; & per illud occidit, id est, per tale desiderium occasione mandati excitatum, augendo peccatũ, animæ mortem attulit. Sic non quia lex afferre vitam non potuit, sed quia prauitas humana, sine gratia Christi, legis mādato abutitur, factum est mandatum per occasionem ad mortem. Et sic peccatum apparuit peccatũ, (ait in sequentibus Apostolus) id est, suam prauitatem & pueritatem detexit, per id, quod bonum erat, operando mortem, vt esset supra modum peccās peccatum per mandatum.

In expos. quarundã proposit. in epist. ad Rom.

Verf. 13.

Caluin. textus f. b. aduersante; dis simulat.

Hic Calvinus corruptelis suis gnaviter insistens, nec occasionem per mandatum acceptam, qualis fuerit, vno verbo enarrat; nec quomodo peccatum, occasione accepta per

A a 3 manda-

mandatum, hominem legirebellem occidit vno verbo attingit; sed vtriusque explanatione alto silentio inuoluta, in verbo, *sed me*, seductorem agit strenuum: Ac primum illud verbum vertit, *abduxit me à via*: deinde cur ita verterit, vel potius peruerterit, si meque commentitium suum sensum his verbis adiungit: *Quia* (inquit) *tunc demum rem sentire incipimus, vbi Dominus alta voca coarguit; merito dicit Paulus, vbi peccatum à deo detegitur, nos à via abduci. Ergo verbum interpretari non de re ipsa, sed de notitia exponi debet: quia licet ex lege palam fit quantum à recto cursu discesserimus. Ideo necessarium vertendum fuit, à via abduci, quia hinc peccatoribus, qui securè ante peccabant, tedium & displicentia sui, dum se ad non peccasse intelligunt, postquam peccati iudicio lege in medium producta est. Hæc ille. Vult postolum dicere, peccatum nos abduci à via vbi primum audiuit mandatum. Sed quomodo? *Quia* (inquit) *palam nobis peccatum hoc patefacit, sed lex; unde supra dixit, Peccatum non cognoui, nisi per legem; nec hoc patefacit, seu peccatum seu lex, abduci à via, sed potius reducit in viam quantum ex lege. Aberranti enim à recto cursu qui errore patefacit, id agit, vt errore relicto in rectam viam redeat. Absurdissimè igitur dixit, quod peccatum per mandatum abduci à via, quod mandatum patefacit errorem; tum quantum**

Idem al
quod
dicitur
Sicut in
1. cor. 13.

et hoc
verf. 7.

Calvinia
na corru-
ptela du-
plex refu-
tatio.

sic peccat
Apostolo
cideret p
rū quia
ipsem
Vide
pit. Quo
me, hoc
abduxit
inde, qu
sione di
tatem o
sione (c
duktion
suppon
statione
ducere
nus) se
sed non
bris est
fert: id
luit. C
non fo
id est,
illicien
sualita
quisq;
tatur a
tatur
ritatis
illa au

sic peccatū seduceret, vel abduceret à via (quod
Apostolus dicit) sed lex : (& sic lex quoq; oc-
cideret per seipsā, quia per mandatū occidit)
tū quia peccatū non patefacit errorē, sed (vt
ipsemet fateetur) lex & mandatū hoc præstat.

Vide igitur quot modis textum corrup-
pit. Quod Apostolus dixit, *Peccatum seduxit*
me, hoc Calvinus dicit, *Lex seduxit me*; id est,
abduxit à via, manifestando peccatum. De-
inde, quod Apostolus de seductione & occi-
sione dixit, vt peccati prauitatem ac vitiosi-
tatem ostenderet, hoc Calvinus tacita occi-
sione (quia ibi glossam non inuenit) pro se-
ductione, quæ vitium & viuperium notat,
supponit *abductionem à via per erroris manife-*
stationem, quæ virtus & laudabilis res est. Ab-
ducere enim à via, *non rem ipsam* (ait Calui-
nus) *sed notitiam significat*: id est, non errorem,
sed notitiam erroris : quæ haud dubiè salu-
bris est, & vitam ac salutem, nō mortem, ad-
fert: ideo de verbo, *occidit*, nihil dicere vo-
luit. Cæterum Apostolus de peccato dixit,
non solū, *seduxit me*, sed etiā, & *per illud occidit*,
id est, occasione mādati seducēdo, fallendo,
illiciēdo occidit. Vnūquemq; enim sua sen-
sualitas fallit, siue (vt scribit Iacobus) *vnus-*
quisq; à sua concupiscētia abstractus & illectus ten-
tatur ad malum. Quare iterū in verbo *seduxit*,
egregiarum res, plane lectorē seduxit, & à via ve-
ritatis abduxit Calu. Nō enim significat vox
illa aut hoc loco aut alibi vsquam in Paulo,

Textus
Apostolici
corrupte-
la varia.

1.
2.

3.

aut iuxta proprietatem verbi, *abducere* non
 tem à via per manifestationem erroris, sicuti
 Calvinus exponit, sed propriè significat
 ducere, fallere, illicere ac pellicere in erro-

Rom. 16. Apud Paulum quum de hæreticis dicit,
benedictiones & dulces sermones seducunt corda

1. Cor. 11. *nocentium; & iterum, Sicut serpens seduxit*

2. Thess. 2. *in astutia sua; & rursus, Nemo seducat aut detra-*

3. Cor. 3. *vos vlllo modo; ac tandem, Nemo se seducat;*

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

sed

quam peccatum, occasione accepta per
mandatum, operatur, sed de alia quadam
abductione à via quæ fit per mandatum ip-
sum, quatenus errorem peccatorum illis pate-
facit. Sic omnia impostoris verba diligenter
expendenda sunt, qui ab eius imposturis aut
iplemet cauere, aut alios præmunire desi-
derat.

13. Peccatum, ut appareat peccatum, per bonum
operatum est mihi mortem, ut fiat supra mo-
dum peccans peccatum per mandatum.

Concludit hinc Apostolus illam difficul-
tatem, quæ ex eius verbis quod per le-
gem passionem peccatorum operantur in homine
carnali, & quod legem mandatorum legem
mortis vocauit, nasci poterat. Hactenus do-
cuit, non legem per se aut peccatum opera-
ri, aut mortem adferre; sed ipsum in nobis
peccatum, adueniente mandato, nos magis
seducere, & ad peccandum allicere, atque
ita per ipsum mandatum nos occidere. Quæ-
ritur igitur, si per mandatum peccatum nos oc-
cidit, quum mandatum sit sanctum, & iu-
stum, & bonum, an id quod bonum est, mihi
factum est mors? Et responderet, Absit. Sed pec-
catum, ut appareat peccatum, id est, ut, quanta
sibi eius deprauatio, magis elucesceret, (sicuti
antea exposuimus) per bonum, id est, per man-
datum, quod sanctum ac bonum est, opera-
tum est mihi mortem. Tunc enim apparet peccatum

Lex bona
quomodo
fiat lex
mortis.

A a 5 (ait

In expos.
quarun-
dam pro-
posit. in
epist. ad
Rom.

(ait Augustinus hunc locum pertractans) quod latebat sine lege, & tunc se mortuum cognoscit, quum illud quod rectè præceptum esse confitetur, implere non potest; & prauaricationis crimine amplius peccat, quàm si non prohibeatur. Hinc est quod in consequentibus dicit, Ut fiat supra modum peccans peccatum per mandatum; quod autem mandatum minus erat: quia ubi non est lex, non prauaricatio. Hæc Augustinus. Et alibi: Lex prohibens peccatum non iustificat hominem, sed potius occidit, augendo concupiscentiam & iniquitatem, prauaricationem cumulando, nisi liberet gratia, &c. Sic lex bona & sancta, fit hominibus ita afflicta, tum ab atroci obliterata, ferere Ethnici

De Spir.
& litera
cap. 14.

Peccatum
per legem
detegi, nõ
erat legis
finis.

simpliciter verum. Non enim oportuit (priore loquendo) per legem detegi peccati atrocitatem; neque ideo data est lex ut peccati atrocitatem detegeret (data quippe est ad vitam & ut faciens eam viueret in ea) sed ipsa peccati & sensualitatis nostre prauitas, præter iuramentum legis, aut legislatoris mentem, suam ipsius atrocitatem dato mandato prodidit. Et, quod

Et, quod Augustinus alicubi scribit, *Lex data* ^{Contra}
^{est ut conuinceret peccatorem, illud (vt) conse-} ^{Faufum}
^{quationem notat, non causam, vt in diuinis} ^{lib. 16.}
^{Scripturis frequentissimè.} ^{cap. 19.} Non est igitur
 simpliciter verum, oportuisse per legem de-
 tegi peccati atrocitatem, quasi illud causa,
 finis, aut proprius vsus esset datæ legis. Vi-
 deamus tamen quomodo hoc Calvinus pro-
 bet, aut quid ex eo inferre velit. *Quia* (in-
 quit) ^{Caluini} ^{probatio}
^{infulsa.} nisi peccatum immani quadam vel enormi (vt
 loquuntur) excessu prorumperet, non agnosceretur
 peccatum. Demus hoc in magnis peccatori-
 bus ita se habere, eos peccati sensu non
 affici, nisi in atrocibus delictis: tamen
 tum alij innumeri peccatores absque hoc
 atroci excessu, lumine rationis nondum ita
 obliterato, sua agnoscunt peccata, nec de-
 serere tamen volunt (quorum illa est apud
 Ethnicum poetam vox: *Video meliora, pro-
 loq, Detenora sequor:*) tum etsi in omnibus
 omnino peccatoribus hoc locum haberet,
 non ob eam tamen causam per ipsam legem
 detegi oportuit peccati atrocitatem: sed
 satis erat quod data lege ad alium finem,
 nempe ad vitam, non ad mortem, ipsum
 met peccatum ex occasione legis atrocius
 fieret, suamque ipsius prauitatem prode-
 ret. Et hoc quidem Apostolus disertè docuit,
 non id quod Calvinus finxit.
 Sed age. Sit ita, oportuisse per legem de-
 tegi peccati atrocitatem; nec agnosci pec-
 catum,

catum, nisi immani quodam excessu prorumpat. Quid ex eo infert Calvinus, ut sententia Apostoli explicet? *Excessus* (inquit) hic est violentius profundus, dum vitam conuertit in mortem. Itaque tunc excusationi locus tollitur. Sit hoc totum verum. Sed quid est vitam conuertere in mortem? Aut quomodo excessus, in quo peccatum prorupit, vitam conuertit in mortem? Aut quid hinc vitæ, quid mortis nomine intelligit? Nonne planè lectorem ludificat, & generali quodam sermone detentum, à sensu textus Apostoli longissimè abducit, ac denique, relictis Apostoli verbis, sui cerebri somnium narrat? Dicit quidem peccati eò se profudisse, ut vitam conuerteret in mortem, & hunc esse immanem illum excessum, quò nisi prorumpat peccatum, non agnoscitur: sed quid sit hoc ipsum, vitam conuertere in mortem, aut quomodo excessus peccati hoc facit, ut hoc excessu peccati atrocitas peccati per legem detegeretur, nihil explicat, nihil exponit; sed sicut dolus versatur in generalibus, sic ille generalis sermone usus, dolos nequit, & lectorem ludificat. Nam aut intelligit, excessum & enormitatem peccati vitam conuertere in mortem, id est, mandatum conuertere in præuaricationem, quia dato mandato magis præuaricatur, & magis præuaricando suam atrocitatem & prauitatem magis manifestat, qui sensus orthodoxus est, ab Augustino traditus, & ex li-

Calvinus
 lectorem
 ludificat.

ex litera necessariò colligendus, & tunc aperte hoc dicere ac declarare Calvinus debuit; aut aliquid aliud illis verbis generalibus intellectum voluit, quod tamen aperte dicere reformidavit; aut denique nihil dicendo quod aperte intelligi possit, locum sibi maxime aduersum, (obiecta hac lectori suo caligine & verborum fumo) per has tenebras fugere, & hac arte euadere voluit. Manifestum ac certum est, Calvinum hoc loco nec veram textus intelligentiam dicere voluisse, quia placitis suis aperte repugnabat, vt supra accepimus; nec alijs suis cauillationibus, quomodo lex mortem operatur, hoc in loco vti ausum fuisse, quia textus apertissime reclamatur; ideoque hanc mediam viam tenuisse, vt inani verborum strepitu vsus, nihil nisi generaliter diceret, debuisset per legem detegi peccati excessum, quia sine hoc excessu peccatum non agnoscitur. Hunc autem excessum eo se violentius profundere, id est, apertius prodere ac demonstrare, dum vitam conuertit in mortem, quod quid aut quale sit, diuinandum lectori relinquit: nec quod res est dicens, quia precedentes eius varias corruptiones illa res euerteret; nec quod sentit dicens, quia hic vnus locus totum eius sensum aperte conuelleret ac conuinceret. His ille fraudibus, his technis ac dolis malis impostor vtitur, vt manifestas Scripturas, quum probabiliter corrumpere non potest, saltem eludat, inanes

ac

2.

quod
ecce
3.
quod
peccati
non est

quod
non
illud

ac inefficaces reddat. Quod orthodoxum
ctorem diligenter advertere opera precium
erit.

**Concupif-
centia in
renatis
verum
peccatum
non est.**

Sed & illud hoc loco observandum est
horum temporum hæreticos propter vocabu-
lum, *peccatum*, quo in hoc capite torques
Apostolo ipsa concupiscentia eiusque primi
motus designantur, pertinaciter solites
etiam in renatis hanc concupiscentiam, cuius
que quoslibet motus, etiam absque consensu
deliberato veri nominis peccata esse, id est
hominem semper peccare, vel certe semper
in peccato esse coram Deo, & quantum
ex se est, nisi propter umbraculum gratie
regatur, & non imputetur. Sed interpretatur
Sancto Augustino, quem hæretici hodie
hoc argumenti genere libenter audiunt,
quamvis ab Apostolo ita vocetur, tamen
veri nominis peccatum non est, sed
sic vocatur, quia ex peccato facta est, sicut
ptura manus dicitur, vel quia ad peccatum
ut frigus pigrum vocatur. Vide illum lib.
1. cap. 13. contra duas epist. Pelag. Alias
huius rei probationes vide in opere nostro
de Iustificatione lib. 3. cap. 3.

14. *Scimus enim quia lex spiritualis est: ego
tamen carnalis sum, venundatus sub peccato.*

**Lex quo
sensu spi-
ritualis.**

Quo sensu Apostolus hic legem spiritua-
lem vocet, quum varijs ex causis spiri-
tualis dici queat, vel quia à Spiritu Sancto

est, vel quia spiritus nostri directiua est, vel quia cultores eius spirituales facit, vel denique quia non nisi a spiritualibus impletur, (quem sensum reddit S. Augustinus) disputatio ipsa Apostoli docere nos potest ac debet. Pergit probare legis innocentiam ac sanctitatem; nec illam ex se vel causam mortis esse, vel ad peccandum illicere; sed ipsum in nobis peccatum, sensualitatem ac prauitatem naturae nostrae, illam esse quae ad peccandum prouocat, & impedit quo minus lex tota perficiatur. Lex igitur spiritualis est, nihil nisi spirituale, purum, ac sanctum Dei cultum docet. *Ego autem carnalis sum* (ait in sua & hominis etiam regenerati persona Apostolos) & *uendatus sub peccato*: id est, ut in sequentibus copiose explicat, carne & sensualitatem gero legi rebellem.

In expos. quarundam propos. in epist. ad Rom.

Totum hunc sensum corrumpit nequiter Calvinus. *Sensus* (inquit) *est*: Lex caelestis quaedam & Angelicam iustitiam requirit, in qua nauis nullus appareat, ad cuius munditiam nihil desideratur: ego autem carnalis homo nihil possum quam illi aduersari. Duo dicit, & in utroque fallit ac fallitur. Prius de caelesti & Angelica iustitia quod narrat, aperte falsum est, quum non Angelis sed hominibus lex lata fuerit. Distinguere oportuit de fine legis & de obligatione legis. Legis haud dubie finis est, nos ita perfectos ac spirituales reddere, ut Angelis tandem aequales simus; sublata videlicet ipsa

Lex ad Angelicam iustitiam non obligat.

concu-

concupiscentia, & quolibet prauo motu propter quæ ipsi in hac vita spirituales aliter huc carnales sunt. Et hoc respectu non in altera vita legem impleri, quia non in altera vita perfectio Angelica requiritur. S. Augustinus locis dudum citatis docet. Posterius quod dicit, dupliciter falsum est, tum quia Apostolus in his verbis non ponit legis & naturæ corruptæ nudam comparisonem, sed in persona sua & hominis regenerati etiam in hoc versiculo loquitur, sicut in sequentibus vsque ad finem capituli loqui Calvinus agnoscit: tum quia falsum est, hominem extra gratiam nihil posse contra legem aduersari, id est, nihil quàm perpetuè peccare: quod non est huius loci operatio exquirere. Sed Apostolum in hoc versiculo de seipso loqui non secus quàm in sequentibus, ideoque non esse in his verbis, legis, quoad perfectionem Angelicam, & naturæ corruptæ oppositionem; sed legis precepti, hominis infirmitatem opponi, sequenti proxime versiculus, qui huius præcedentis causam reddit, ad oculum demonstrat, *Quoniam enim operor, non intelligo.* Ostendit se esse carnalem, quia quod operatur, non intelligit. Eadem ergo persona est quàm hic carnalem vocat, & de qua in sequentibus loquitur. De hoc modo Chemnitius cum suis Lutheranis totum contextum de Pauli persona exponunt.

* Vide
opus nostrum de
Iustificat.
lib. 2.

Sed hic iam quaeritur quomodo Paulus se carnalem vocat, adeoque venundatum sub peccato. Ex hoc enim infert Chemnitius, homines in Christo regeneratos, etsi ex parte mentis iustos, tamen ex parte carnis iniustos, ideoque nullo modo simpliciter iustos per bona opera esse. Sed breviter cum Augustino respondemus, distinguendum esse inter hominem ex parte carnalem, & totum carnalem. Quicumque (ait August.) carnalibus concupiscentiis cedit atque consentis, totus carnalis est in. Si autem concupisces quidem, quod lex vetat cum dicit, Non concupisces, seruas tamen aliud quod lex etiam iubet, Post concupiscentias tuas non eas. mente spiritualis es, carne carnalis. Hæc ille: & iterum alio in loco plenius: Nunquid Apostolus, quum hoc scriberet, carnalis fuit, an secundum corpus hoc dicit? Adhuc enim erat in corpore mortis huius nondum factio spirituali, quod alibi dicit, Seminatur corpus animale, surget corpus spirituale. Tunc enim ex toto se, id est, ex utraque parte qua constat, spiritualis homo erit, quando etiam spirituale corpus erit. Neque enim absurdum est, ut sit in illa vita etiam caro spiritualis, si potuit esse in hac vita, in his qui adhuc carnalia sapiunt, etiam spiritus ipse carnalis. Sic ergo ideo dixit, Ego autem carnalis sum, quia nondum spirituale corpus habebat Apostolus; sicut posset dicere, Ego autem mortalis sum. Quod utique non nisi secundum corpus intelligeretur dixisse, quod nondum fuerat immortalitate vestitum. Hæc ille.

Carnalis igitur est vir iustus, & spiritualis;
 B b quia

Iustus
 quomodo
 carnalis.

Serm. 5.
 de verb.
 Apoholi.

Contra 2.
 epist. Pe-
 lag lib. 1.
 cap. 10.

quia necdum est totus spiritualis, quatenus adhuc corpus habet, non spirituale, & quod spiritui per omnia obediat, sed corpus carnale motibus carnis adhuc subiectum, sicut & corpus mortale corruptioni obnoxium.

Iustus
quomodo
venunda-
tus sub
peccato.

Ibidem
loco po-
sterius ci-
tato.

Rursum, quod in Apostolo sequitur, *Venundatus sub peccato*, non in sensu Calvini, quod nihil aliud possit quam peccare, & legi obtemperari, sed quod adhuc corpus gerat à corruptione non redemptum, idem exponit Augustinus his verbis: *Item quod adiunxit Apostolus, Venundatus sub peccato, ne quisquam eorum venditum redemptum Christi sanguine existimet, etiam hoc secundum illud potest intelligi, quod alibi ait, nos primitias Spiritus habentes, & ipsi in nobis ingemiscimus, adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri. Si enim secundum hoc se venundatum sub peccato, quod adhuc non est redemptum à corruptione corporis eius, vel venundatum quando in prima transgressione precepti, ut habet corpus corruptibile quod aggravat animam, quod prohibet Apostolum intelligi de seipso dicere, quod vocat, ut etiam in ipso posset intelligi? Hæc iterum Augustinus: cuius una explicatio, Christi vitæ cauillationi satisfacere potest ac debet.*

15. *Quod enim operor, non intelligo. Non enim quod volo, hoc ago; sed quod odi, illud facio.*
 16. *Si autem quod nolo, illud facio; consentio legi quoniam bona est.*

Pergit Apostolus in legis sanctitate & puritate probanda. Qui enim illam ex infirmitate carnis, non ex animi deliberata puritate transgrediuntur, hoc ipsum quod ex carnis infirmitate operantur, non intelligunt, id est, non approbant, ut post Augustinum interpretatur ipse Calvinus; sed contra, id quod faciunt ex carnis infirmitate, oderunt ac detestantur ex Spiritus sanctitate. *Quod (inquit) odi, illud facio.* Vnde statim infert, *Si quod nolo, id est, quod odi & vellem non facere, illud facio;* hoc ipso meo odio & affectu contrario, *consentio legi quoniam bona est,* id est, mea ipsa hæc lucta & contradictio in meipso manifeste docet legem esse bonam, sanctam, ac iustam, me autem adhuc esse carnalem, nec hoc agere quod volo.

Duplex hic iam quæstio oritur. Prima, *Quæstio* quid illud est, de quo Apostolus in persona *duplex rta* sua, hominisque cuiuslibet in Christo regenerati, dicit, *Non quod volo, hoc ago; sed quod odi, illud facio;* & iterum, *Quod nolo, illud facio.* Quid est obiectum illud quod Apostolus vult agere & non agit; rursum quod odit, & non vult facere, facit tamen? Altera quæstio est de huius nolentis facere, & tamen facientis, *2.*
 B b 2 subiecto.

subiecto. Ad priorem quaestionem quod
 tinet, Calvinus, quid totum illud obiectum
 fit, hoc modo exponit: *Queritur dumtaxat
 quod cupit, non posse prestare, ut ea qua deest
 eritate bonum persequatur, quia tenetur quodam
 modo alligatus: rursus, deficere in quo minime
 let, quia carnis imbecillitate claudicat. Non fa-
 igitur bonum quod vult pium peccus, quia non
 strenuitate insistit: facit malum quod non vult
 stare desiderat, & labitur, vel saltem vacillat.*

Bonum
 quod re-
 natus vult
 & non fa-
 cit, quid
 sit.

ergo Calvinus bonum quod regeneratus vult
 agere, & non agit, in perfecta, constanti, &
 alacri legis obseruantia: malum quod odit
 sed facit tamen, ponit in imperfecta obser-
 uatione, in imbecillitate, in defectibus in-
 storum. Hoc non prorsus male diceretur (to-
 meti minimè ad sensum Apostoli) si per
 obseruationem legis imperfectam, vel ipsam
 imperfectum agendi modum, quia non facit
 alacriter nec iusta strenuitate plerumque
 bono operi insistitur, vel defectus & lapsus
 quotidianos iustorum intelligeret. Num
 autem (quod aduertere lector debet) Calvi-
 nus per haec omnia intelligit, quascunque
 legis transgressiones, & quaelibet peccata,
 quam diu adest aliquis adhuc boni affectus,
 aliquod desiderium placendi Deo, aliquis
 conatus ad legem obseruandam. Sic enim

Caluini
 sensus im-
 pius.

hoc loco Calvinus scribit: *Paulus sub trans-
 gressione legis omnes piorum lapsus intelligit, qui
 nec Dei timorem nec studium rectè agendi illis ex-
 entium.*

antur. Ita que negat se facere quod lex exigit, quia non prestat omnibus numeris, sed quodammodo fatetur in suo conatu. Hæc ille. Censet ergo planè Calvinus, Apostolum hîc seipsum & alios iustos ita describere carnales, vt timorè quidem Dei habeant, studiumque rectè agendi, & aliquos conatus, legem tamen transgrediantur, & transgrediendo legē, faciāt quod oderunt, & nolunt facere, quia adhuc timēt Deum, & conantur rectè facere. Sic iuxta Calvinum docebit Apostolus, neminem impium esse, nisi qui in profundum impietatis deuenerit, de qua dicit Scriptura; *Impius, quum in profundum uenerit peccatorum, conuenit.* Ille enim solus Dei timore excidit, ille solus studium rectè agendi excusit, & conatum omnem deposuit. Alij innumeri peccatores, etiam cum studio rectè agendi, & aliquo timore Dei, multa scelera & flagitia committunt, atque impij sunt. Nempe hoc est quod iuxta Calvinianæ doctrine mysteria suprâ ex Beza audiuius, *mortuos nos esse peccato quumdiu in hac uita uersamur, quatenus uelutatur quidem Spiritus, sed tamen non uincit.* Quumdiu ergo aliqua lucta est in animo credentis, quumdiu aliquo peccati odio aut Dei timore afficitur, tamen succubat semper Spiritus, & uincat peccatū, illi Caluino & Bezæ iusti sunt, quia consentiunt legi quod bona est, & malum, quod faciunt, oderunt. Sic iterum Calvinus hoc loco ait,

Bb3 eorum

Impius nemo iuxta Caluini, nisi in summo gradu impius. Prou. 18.

Ad cap. 6. ad Rom. uers. 12.

eorum corda in lege acquiescere, & oblectari eius iustitia, qui transgressionem ipsam odio habent. Vbi tamē aliqua distinctione adhibita suam impietatem obtegere conatur. Distinguit consensum in legis bonitatē qui ex iudicio ratiōis oritur, qualem Ethnici interdum habent, quorum illa vox est,

Qua nocitura sequar, fugiā qua profere credam, à consensu qui ex pio in Deum affectu oritur. Illi (inquit) coacti subscribunt in Dei iustitiam, à se sunt alioqui prorsus aliena voluntate: at pias sunt quoque & promptissimo pectoris desiderio consensu legis bonitati, quia nihil mallet quam in calum exulare. Vbi notanda est ratio quam subiungit. Non dicit quia nihil mallet quam legem sequi; qui certè verè piorū affectus est, idēque nō lenis aliquis ac debilis affectus (quem Scholastici velleitatem vocant) sed constans, firmus, ac deliberatus affectus, ex puro ac firmo Dei amore promanans. Non hoc dicit Calvinus, quod dicere planè debuit, quia talem affectum nec in seipso deprehendit, nec in suis desideravit: sed illud dicit, quod tam in suis quam in seipso facile reperiri posse non dubitavit, quodque etiam in ipsis Ethnicis reperitur, quia nihil mallet quam in calum exulare. Quis demum enim hoc semper non velle, quum beatitudinis appetitus vnicuique naturalis sit ac necessarius, eò quod rationem finis habet? Non ergo distinxit Calvinus consensum in legis bonitatē siue odium peccati

Calvini
velata
verluta
expandi-
tur.

casti in suis, quos fingit, iustis, ab illo cōsensu & odio quæ cadunt in ipsos Ethnicos necdum pessimos, sed aliquo adhuc aut virtutis amore aut Dei timore tactos. Denique ponit pro iustis, in quorum persona Paulus loquitur, quoslibet legis transgressores, qui necdum desperatissimè tales sunt, videlicet qui adhuc Dei timorem aut rectè agendi studiū nō excusserunt. De hoc genere iustorum quos sibi finxit Calviniana hæresis, in medijs secleribus ac flagitijs iustos, plura alibi diximus, in Antidotis nostris Euangelicis. Hæc ergo Caluini expositio quàm execrabilem doctrinam foueat, facilè lector videt.

Iustitia
Caluiniana.

Ad Ioan.
cap. 10.
ver. 28.

Audiamus nunc saniozem interpretem B. Augustinum, qui nos doceat quid illud sit quod Apostolus in persona iusti dicit se facere & nolle facere, imò odisse quod facit. Non quod volo, ago; sed quod odi, illud facio. Quid facio?

Serm. 5.
de verb.
Apostoli.

Concupisco. Etsi concupiscentia non consentio, etsi post concupiscentias meas non eo, tamen adhuc concupisco: & vitæ etiã in ipsa parte ego sum: quod ad alteram quæstionem pertinet, de qua in seq. versiculo. Et iterū alio in loco plenius: An forte metuumus ea quæ sequuntur: Quod enim operor, ignoro: non enim quod volo, hoc ago; sed quod odi, illud facio: ne fortè ex his verbis quispiam consentire carnis concupiscentiæ ad opera mala suscipietur Apostolum? Sed considerandum est quod adiungit: Si autem quod nolo, hoc facio; consentio legi quia bona est. Magis enim se dicit legi consentire

Contra 2.
epist. Pe-
lag. lib. 1.
cap. 10.

Bb 4 rive

tive quàm carnis concupiscentia. Hanc enim peccati nomine appellat. Facere ergo se dixit & operari in affectu consentiendi & implendi (qui sunt vere transgressiones legis quas ponit Calvinus sed ipso motu concupiscendi. Hinc ergo (cum consentio legi quia bona est; consentio, quia non quod illa non vult. Hæc ille. Qui transgreditur legem, tametsi cum Dei timore & studio recte agendi hoc facit (imperfecto videlicet aliquo & debili timore ac studio, nam cum firmo Dei timore & constanti studio recte agendi consistere transgressio non potest) profectò ille dicere non potest, *Nolo quod lex non vult*, quia vult quod lex non vult. Vult enim transgredi & de facto transgreditur legem. Sic iterum Calviniana expositio scripturam destruit, & orthodoxa expositio, quam tradit S. August., euidenter confirmatur. Obiectum ergo operis eius quod dum iustus facit, *odit & non vult facere*, nihil aliud est, quam ipsum concupiscere, seu primus concupiscentiæ motus absque villo eius consentio. Hunc enim ipsum motum lex prohibet, non quidem per modum obligationis, ut voluit supra Calvinus (vnde tanto facilius in sententiam Augustini transire debuit, & agnoscere quod de ipso concupiscentiæ motu quem à lege prohiberi Apostolus supra dixerat, adhuc disputat) sed per modum doctrinæ, quia finis & perfectio legis est, ut omni concupiscentia praua careamus; quod

Bonum
quod iustus non
vult facere, est, concupiscere.

nec in hac vita impletur, sed in altera; nec ad huius vitæ iustitiam pertinet, sed alterius; videm Augustinus frequenter docet: ideoq; cum tali concupiscentia ac motibus huiusmodi stare iustitia ac sanctitas potest: quod in hac disputatione docet disertè Apostolus, concludens, *nihil damnationis esse ijs qui in Christo sunt, qui non secundum carnem ambulant, id est, qui concupiscentiæ suæ motibus nõ consentiunt, nec secundum illos operantur.* Hęc quæ diximus de priori quæstione, adhuc in sequentibus magis elucescent.

17. *Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.* 18. *Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum.*

His in verbis alteram quæstionē de subiecto nolentis malum facere, & tamen facientis, expedire vult Apostolus. Quia enim actus humani voluntarij sunt, & à voluntate aut elicitu aut imperati, ideoq; quod homo vult & potest facere, id facit; quod autem non vult facere, non facit; explicare vult cur de seipso vno & eodē dixerit, *Quod nolo, id facio.* Dicit ergo, *Non ego illud operor, sed quod habitat in me peccatum.* Quod adhuc quia obscurius dicitur, (quia peccatum operantis non nisi in ipso operante est; & peccatum quod habitat in homine, non aliter habitare videtur, quàm quia homo illud peccatum

Bb 5 ope-

Ver. 18.

Concupiscentia
subiectū
cato.

operatur; & sic aut nulla aut obscura hinc distinctio apparet; vt melius & clarius intelligeretur, adiecit: *Scio enim quia non habitavi me, hoc est, in carne mea, bonum.* Quibus verbis manifestè docet, peccatum illud, cuius operationem prauam, faciendi quod non voluit facere (id est, *concupiscendi*, vt iam ostensum est) attribuit, esse in carne eius. Subiectum ergo illud quod in homine renato concupiscit, caro est.

Caro concupiscens
quid significet.

Nunc autem alia quæstio esse potest, quid Apostolus nomine carnis intelligat. Caro enim vel ipsum inferiorem & carnalem appetitum, qui menti & superiori rationi repugnat; vel carnalem aliquem & inordinatum affectum in ipsa mente ac superiori ratione, quam voluntatem seu voluntatis consensum dicim⁹ (qui affectus prauus ac vitiosus recte ac spirituali opponitur) significare possit videtur. Cæterum Apostolus ne in hoc ambiguo quispiam hæreret, verbis clarissimis, quid carnis nomine intelligeret, explicare voluit: *Condelector (inquit) legi Dei secundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.* Hic Apostolus verbis admodum perspicuis explicare voluit, quæ illa subiecta essent *nolentis malum facere, & tamen facientis* in eodem homine iusto ac regenerato, *volentis bonum facere, & facientis malum quod non vult facere.*

Ver. 22.

facere: item quid *carnis* nomine intelligat, quum dixerat, *in carne sua bonum non habitare*: & dicit se carnem intelligere quæ menti repugnat, & affectum qui in membris habitat, repugnantē voluntati quæ mētis est propria.

Quatuor affectus seu voluntates sub nomine 4. legum ponit: quarum duæ duabus bellum quasi incessanter indicunt: legem Dei iubentis ab omni peccato abstinere, cui lex mentis siue homo interior (loquendo de homine iusto) semper consentit, condelectatur, & sese conformat: sed istis duabus bonis legibus aliæ duæ malæ contradicunt; lex peccati cōtra legem Dei, & lex in membris contra legem mentis pugnat: & sicuti lex mentis & homo interior in homine iusto obsequitur legi Dei, & vult bonum agere quod lex præcipit, vult omni prorsus concupiscentia prauoque desiderio carere; sic lex membrorum & homo exterior, caro ipsa, secundum suum corruptum appetitum captiuat & captiuū trahit hominem ad legem peccati, vt id semper faciat quod lex Dei prohibet, id est, vt concupiscat, vt motus quosdā habeat carnales, prauos, inordinatos. Ad illos vsque motus, ad illum actum concupiscendi, trahit hominem lex membrorum, lex carnis, appetitus carnalis, seu caro. Sic exposuit ipsemet Apostolus quid nomine carnis intellexerit, quum diceret, *Non habitat in carne mea bonum.*

Videa.

Leges
quatuor
apud Pau-
lum.

Carnis
sedes iux-
ta Calui-
num in
mente re-
nati.

Videamus nunc quomodo Calvinus totum intellexerit, vel potius studio detorquendi Scripturas, & ad sua nefaria dogmata detorquendi, intelligere voluerit. Proinde Apostoli verbis contrarium docet, & sedes carnis, de qua Apostolus loquitur, in mente ac voluntate ponit, quam vult in iustis iustis, ipsoque Apostolo Paulo, ex parte legi Dei consentire, ex parte reluctari, ex parte spirituales, ex parte carnalem esse. Sic concludat, nec legem ab aliquo regendam vnquam seruari, nec ex operibus bonorum legis obseruantia aliquem coram Deo iustificari; illud denique quod iustus non facit, & cum odio facti facit, esse plenos sensus in malum, non solum motus quosdam aut desideria mali quibus consensus non præbetur. Nunc verba eius aduertite: *Non velle & nolle* (dicente Apostolo, *Non quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi malum, hoc facio*) ad spiritum referre oportet, qui primas in membris tenere debet. Est quidem & sua carnis voluntas; sed Paulus, quod præcipuo cordis affectu appetebat, vocat voluntatem: quod cum eo pugnat, vocat sua voluntati contrarium. Rursum paulo post ad illa verba, *Iam non ego operor illud*, inscribit: *Paulus hic negat se totum à peccato separari, imò ab eius seruitute se eximit, ac si dicat aliqua tantum animæ suæ parte residere peccato.* Ecce sedem & subiectum facientis malum quod non vult, & non facientis bonum quod vult,

vult, ponit ipsum Pauli spiritum, & aliquam
 anima eius partem. Sed quæ sequuntur, absur-
 dissimam hominis sententiam clarius indi-
 cabunt. Exponens illa verba, *Non habitat*
in me, hoc est, in carne mea, bonum; sic illa deprava-
 rat: *Nomine carnis semper comprehendit omnes*
natura humana dotes, ac omnino quicquid in homi-
ne est, excepta Spiritus sanctificatione: quemadmo-
do Spiritus vocabulo, quod illi opponere solet, si-
gnificat partem anima quam Spiritus Dei à malitia
regurgat, on sic resinxit, vt in ea resulgeat Dei ima-
ge. Vtrunque igitur nomen, nempe tam carnis
quam Spiritus, in animam competit; sed alterum,
qua parte est regenerata; altera, qua naturalem
ad hoc affectum retinet. Hæc ille. Quum Apo-
stolus ponat carnem in membris carnalibus,
ille ponit in anima. Quum Apostolus oppo-
*nat carni ipsam mentem, dicens, *Mente serui**
legi Dei, carne autem legi peccati; ille in ipsa mē-
 te carnem ponit, vt tam mente seruiat rege-
 neratus legi peccati quàm carne. Est enim
 caro pars mentis, pars spiritus, pars animæ,
 iuxta Caluinum: qui ignorare non debuit
 apud Paulum animam quidem, mentem,
 spiritum, ita distingui, vt hæc sanè illius sint
 non ipsa semper anima, quod & Augustinus
 diligenter docet, nunquam verò pro carne
 aut parte hominis carnali in homine rege-
 nerato animam accipi. Iam verò si in ipso
 spiritu & anima & voluntate hominis rege-
 nerati (voluntas enim actio spiritus & ani-
 mæ est)

Pauli &
 Caluini
 sententiæ
 cōtrariæ.

Vers. 25.

1. Thess. 5.
 Ephes. 4.

De orig.
 animæ
 lib. 4.
 cap. 21.

ma est) adhuc caro quædam est à malitia
 nondum repurgata, sed naturalem affectum
 retinens; quid aliud sequetur, nisi quod
 eadem hominis iusti anima iuxta Spiritum
 ac mentem, virtus & vitium, iustitia & peccatum,
 Deus & diabolus inhabitat. Nullum peccatum
 Spiritum S. excutit, cum quolibet peccato
 Spiritus S. habitabit. In vna animæ parte
 Spiritus S. in altera parte spiritus nequam.
 In hoc videlicet sensu, iuxta doctrinam Calvinianam,
 qui operantur diaboli faciunt, filij Dei esse possunt,
 explicauimus. Anima quippe & Spiritus S. in
 parte regenerati sunt, filij Dei erunt, legi
 consentient, condelectabuntur, & seruient,
 scientes quod lex iubet: sed ex qua parte
 nondum regenerati, nec à malitia repurgati,
 naturalem adhuc affectum (qui non nisi totum
 vitiosus est iuxta Calvinum) retinent, filij
 diaboli erunt, legi repugnabunt, contumacient,
 non seruient, sed eam transgredientur
 & violabunt. Inuenta est ratio, qua
 omnibus suis flagitijs & sceleribus se
 filij Dei esse persuadebunt sibi Calvinistæ. Quia
 enim flagitia ac scelera perpetrant, non desinunt
 esse regenerati à Christo, & filij Dei
 & consentientes legi Dei, qualem hic
 Apostolus describit, quia illorum Spiritus
 ea perpetrat ex ea parte quæ necdum à malitia
 repurgata est, sed affectum naturalem
 retinet: ab altera autem parte, qui agnoscit

In Antid.
 Euangel.
 Ioan. cap.
 10. 28.

Calvinistæ
 in medijs
 sceleribus
 filij Dei.

se peccare, nec timore Dei aut studiū virtutis penitus excusserunt, consentiunt legi, & condelectantur illi, & illam iusti personā sustinent quā hic Apostolus describit. Hæc est Calviniæ expositionis absurditas & impietas: quæ adhuc magis in sequētibus patebit.

Audiamus nunc saniozem Apostoli interpretem S. Augustinum, quid carnis nomine ab Apostolo intelligi iudicauerit. Ita hunc locum tractat: *Deinde dicit Apostolus: Nunc autem iam non ego operor illud, sed id quod habitat in me peccatum. Quid est, nunc autem, nisi, iam enim sub gratia, quæ liberauit delectationem voluntatis à consensione cupiditatis? Non enim melius intelligitur, Non ego operor, nisi quia non consentit exhibere membra sua arma iniquitatis peccato.*

Nam si concupiscit, & consentit, & agit, quomodo non ipse illud operatur, etiam si se operari doleat, & vixit graviter ingemiscat? Probat efficaciter S. Doctor ex illis verbis Apostoli, Non ego operor illud, nullum esse in anima aut spiritu hominis consensum in malum, nec vllā operationem mali. Si animæ Apostoli opus esset facere malum quod nō vult facere, profecto ipse Apostolus illud faceret, illud verè operaretur, & falsum esset quod dixerat, Non ego operor illud. Illud quippe vnusquisque facit seu bonum seu malum, quod ex voluntate & animæ suæ propria operatione facit.

Non ergo hæc dicens Apostolus, in aliqua tantum anima sua parte residere peccatum dicit, vt

Cal-

Tafra ad
ver. 22. J

Carnis
nomine
quid Au-
gust. in-
telligat.
Contra 2.
epist. Pe-
lag. lib. I.
cap. 10.

Calvini
corrupte-
la effica-
citer refel-
litur.

Calvinus modò exposuit; sed prorsus in illa animæ suæ parte illud residere ostendit. enim in vlla eius parte resideret, si ex illa animæ operatione illud peccatum prodire negari non posset, nec deberet, quòd operaretur illud. Negat autem se operari. Non ergo in vlla animæ parte residet. Quare Apostolus interiecta distinctione, de se de carne sua, iterum concludit: *Si quod nolo facio, id est, concupisco; iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum, id est, pars animæ meæ, nulla voluntas mea operatur, sed fomes ille peccati in carne habitans.* Vnde alibi Augustinus hæc verba paraphrasticè reddens: *Nunc autem, accepta gratia, non ego operor illud. Libera est mens, captiua.* Sed erunt ista clariora ex sequentibus Apostoli verbis, vbi & Calvinianæ corruptionis impietas magis elucescet.

18. *Nam velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio.* 19. *Non enim quod nolo bonum, hoc facio; sed quod nolo malum, hoc ago.* 20. *Si autem quod nolo, illud facio iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Inueni igitur legem volentem mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet.*

INtegra Apostoli argumentatio simul proponenda fuit. Idem enim quod dixerat in

Verf. 20.

Serm. 5.
de verb.
Apostoli.

petendo, & (vt ait Augustinus) *quasi rarissimos*
de sermo excitando, ostendit causam cur ma-
 lum quod nō vult facere, & facit tamen, non
 ipsemet facit, nec ipsemet operatur, vt illi
 illud malum in culpam imputerur, aut ille
 propterea legi diuinæ rebellis ac inobediens
 cenleatur. At igitur: *Velle adiacet mihi*. Quid
 velle, nisi id prorsus quod postea se dicit non
 inuenire? nempe *perficere bonum*. Dicit er-
 go: Desiderium perfectionis habeo; sed
 perfectionem boni, seu *perficere bonum*, in me
 non inuenio. Et quare, o Sancte Apostole, hęc
 boni perfectionem in teipso non inuenisti?
Non enim quod volo bonum, hoc facio; sed quod no-
lo malum, hoc ago. Id est: Idcirco perficere
 bonum non inuenio, quia adhuc cōcupisco,
 quod certē malum ago, sed nolo agere. Et
 quomodo agis tu quod omnino non vis age-
 re? An voluntas tua cogi potest vt hoc agas,
 quod omnino agere non vis? Respondet ip-
 semet, & ostendit se hoc totum propriē non
 agere, quia non voluntas eius sed caro & in-
 ferior appetitus facit. Si (inquit) *quod nolo;*
illud facio, iam non ego operor illud: id est, mani-
 festum est à mea voluntate alienum hoc esse
 quod facio, quia nolo illud facere. Quo-
 modo ergo aut vnde hoc facis? *Sed quod ha-*
bitat in me peccatum, id est, peccatrix illa na-
 tura carnis meę, de qua prius dixi, *Non ha-*
bitat in me, hoc est, in carne mea, bonum, illa iu-
 xta suum appetitū sibi proprium hoc facit;

Cc

illa

Bonum
 quod iu-
 stus vult
 & non
 perficit,
 quid &
 quale.

illa concupiscit, illa desiderat, illa mouet.
 Nihil enim aliud facere potest, nullā aliam
 actionem caro eiusque appetitus habet,
 quā ut appetant sibi conuenientia, ut con-
 cupiscant, ut moueant. Ad effectum nihil
 producere possunt sine voluntatis consensu.
 Hunc consensum quia Apostolus non adhibuit,
 propterea dixit; *Quod nolo, illud facio*
 & ex eo mox infert; *Ergo ego non operor illud*
 ego non concupisco, sed caro mea: ego non
 repugno legi, sed caro mea: ego non facio
 malum, sed caro mea. *Sic volenti mihi facere*
bonum, volenti non concupiscere, inueni legem, illa
est, vel motum contrarium, qui est lex peccati
in lege membrorum, per quem & ex quo
malum mihi adiacet; vel legem Dei quae illud
bonum diceret, ac me doceret, simulque
inueni per experientiam malū quod mihi adiacet,
id est, infirmitatem carnis mihi conuenientiam
& inhaerentem, quae impedit ne illud
bonum, quod lex dicit, fiat, & facit concupiscere.
 Sic hunc locum S. Augustinus tra-
 ctauit: *Quod Apostolus dixit, Velle adiacere mihi*
perficere autem bonum non inuenio; hoc ideo dicitur
est, quia tunc perficitur bonum, quando desideria
mala nulla sunt; sicut tunc perficitur malum, quando
malis desiderijs obeditur. Quando autem sunt des-
ideria, & eis non obeditur; nec malum perficitur,
quia non eis obeditur; nec bonum, quia sunt: sed
fit ex aliqua parte bonum, quia concupiscentia mala
non consentitur; & ex aliqua parte remanet malum,
quia

De nupt.
 & concup.
 libro I.
 cap. 29.

aia vel concupiscitur. Ideo ergo Apostolus non ait,
 facere bonum sibi non adiacere, sed, perficere. Mul-
 tum enim boni facit, qui facit quod scriptum est,
 Testi concupiscentias tuas non eas: sed non perficit,
 quia non implet quod scriptum est, Non concupiscas.
 Ad hoc ergo dicit lex, Non concupisces, ut nos in
 hoc morbo iacere inuenientes, medicinam gratia
 queramus, & in eo praecepto sciremus, & quò de-
 beat in hac mortalitate perficiendo conari, & quò
 possit à nobis in illa immortalitate beatissima perue-
 niri. Hæcille: & paulò post seq capite, ex-
 ponens illa verba, Inueni legem mihi volenti fa-
 cere bonum, quoniam malum mihi adiacet, Hoc est
 (inquit) Inuenio mihi legem esse bonum volenti fa-
 cere quod lex vult: quoniam non ipsi legi quæ dicit,
 Non concupisces, sed mihi adiacet malum quod nolo,
 quia & nolens concupisco. Hæc Augustinus.

Sed quid ad hæc verba Calvinus? Om-
 nia inuertit, & in alium longè sensum detor-
 quet. Colligere & concludere ex hoc loco
 vult, nulla esse iustorum opera bona absque
 peccato, vel, quod idem est, in omni opere
 bono iustum peccare, quum Apostoli con-
 clusio sit prorsus contraria: videlicet se non
 peccare; & malum quod facit, non seipsum
 operari aut facere, sed carnis in eo vitiosita-
 tem, quæ malè concupiscere & malos mo-
 tus cedere non desinit. Quam ob causam
 conclusionem suam confirmando ait, Con-
 delector enim legi secundum interiorem hominem,
 &c. ex qua parte nullum vitium ponit. Video

CC 2 autem

Cap. 30.

Calvinus
conclusio
nè Apo-
stolo cõ-
trariam
infert.

Verf. 22.

autem aliam legem in membris meis, &c. & in ea parte malum quod nolens facit, ponit, quia illa pars repugnat legi mentis, & interius homini, secundum quem condelectatur legi Dei, & malum non facit, quia nulli malo consentit. Huic (vt dixi) conclusioni confirmationi Apostolicæ ex diametro aduersatur Caluini hoc loco deprauatio, & quam ex ea infert, conclusio: lic enim hunc

Corrupte
la Calui-
niana iu-
stitiæ ope-
rum im-
possibilis
funda-
mentum.

locum inuertit: *Quum Apostolus dicit, Velle dicitur iacet mihi, efficaciam operis negat respondere uoluntati, quia remor auerit caro, ne exactè faciat quod facit. At Apostolus aliter dicit, Non enim quod uolo bonum, hoc facio, id est, impedit caro, ne omnino faciam illud bonum quod uolo*

Caluinus
textus sibi
aduersan-
tes diffi-
mular.

facere. Non dicit, *ne exactè faciam, sed, ne faciam. Quare hæc Apostoli uerba, Non enim quod uolo bonum, hoc facio, quia sensum Caluini manifestè refutabant, intacta & indiffusa relinquit Caluinus. Alteram partem ita inuertit: Facit malum quod non uult, quia non malo impedit sua fideles caro, ne celeriter currant, sed opponit etiam multa obstacula ad qua impingunt. Non faciunt igitur, quia non implet qua decet alacritatem.*

Caluini
technæ
euoluun-
tur.

Quid non faciunt, Caluine? bonum ne an malum? Tu de malo nunc disputas quod facere se dicit Apostolus, & non uult facere. De quo igitur concludis, *Non faciunt igitur, &c.?* de malo? Absurdum. Non enim malum aliqua alacritate implendum, sed tota alacritate fugiendum est. De bono? Cur

non igitur aperte ponis? Planè quia aperta
 fallitas seipsam statim prodidisset: Apосто-
 lus enim dicit se *non facere bonum quod vult fa-
 cere*: dicit se omnino illud bonum non face-
 re, non dicit se illud bonum exactè non per-
 ficere: & addit se malum facere quod huic
 bono est contrarium, tametsi nolens faciat.
 Non de bono perfecto, aut malo imperfe-
 cto, in his verbis disputat, sed de bono &
 malo quæ in seipsis talia sunt. Dicit se vnum
 facere quod non vult, & alterum non facere
 quod vult. Si bonum quod non facit, est
 imperfecta & tarda quædam ac stupida boni
 operatio, cuius alacritatem caro impedit,
 tunc malum quod facit, erit quoque imper-
 fecta quædam & stupida mali operatio. Quo-
 modo enim bonum quod vult facere, tardum,
 stupidum, & imperfectum erit; malum au-
 tem quod non vult facere, tardum similiter
 & imperfectum non erit? Nisi fortè in ipso
 Apostolo plus valeat ac maiorem vim ha-
 beat non velle quàm velle, aut fortior in eo
 sit propensio ad malum quàm ad bonum; de-
 nique non solum Spiritus non vincat aliquân-
 do carnem, sed ipsa caro vincat perpetuò
 Spiritum. An hoc Calvinus docere vult?
 Pulchre sanè, vt Apostolum relinquat non
 solum in carne carnalem, sed etiam in mète,
 id est, totum carnalem, nulla ex parte spiri-
 tualem.

Videamus sequentia, an non verè talem

Cc 3 Apo.

Apostolum hinc Calvinus describat. *Præterea* (inquit) hoc velle, cuius meminit Paulus, sua proptitudo est, dum pios format Spiritus S. ut præstant sint, suaque membra exhibere studeant ad præstandum Deo obsequium. Quia verò impar est facultate reperire negat Paulus quod optandum esset, nec boni desiderij effectum. Ecce ingenuè fatetur, Paulum sic velle bonum, ut studeat quidem exhibere membra sua ad præstandum Deo obsequium, sed non reperire Paulum huius desiderij effectum. Id est, Paulum reuera non exhibere membra sua ad præstandum Deo obsequium, sed contrà exhibere membra sua arma iniquitatis peccato. Sic enim prosequitur Calvinus: Eadem spectat qua proximè sequitur confessio, eum non accere bonum quod cupit, sed potius malum quod vult, quia scilicet fideles, quamlibet rectè animati sunt, propria tamen infirmitatis sibi conscij, nullam à se opus proficisci culpa vacuum consent. Nam quum Paulus non de paucis delictis piorum hic agat, sed in genere totum vitam eorum cursum designat, colligimus, optima semper eorum opera aliqua macula fœdari, ut nulla speranda sit merces, nisi quatenus illis Deus ignoscit. Hæc Calvinus. Nihil Paulum & pios omnes in toto vitam suam curam habere studium & desiderium virtutis, sed huius studij ac desiderij effectum nunquam consequi, ut propterea in optimis operibus eorum, seu potius in optimis conatibus ac desiderijs eorum, opera maculosa proferrant, quæ à Deo semper ignosci debeant.

Nota le-
stor im-
pijssimã
doctrinã

Paulus iu-
xta Calui-
num nul-
lum opus
bonum
fecit.

id est, vera peccata, nec nisi peccata sint.

Sed contra tam impiam ac prophanam ^{Calvini} ^{impia sen-} ^{tentia re-} ^{furatur.} sententiã nõ solum Apostolico sensui ex dia-
metro contrariam, vt iam ostendimus, sed &

dicina gratiæ cõrumeliosam, (vt quę nõ aliter Spiritu Dei nos refingit secundum Calu-
num) nec aliter nos renouat, abluir, mundat, ac nouas creaturas facit, nisi vt semper ex parte operũ immundi, maculosi, foedi, sine vlllo boni desiderij effectu maneamus,) cõtra, inquam, totam hãc violẽtiã & profanã sensus Apostolici deprauationẽ, illa sola Apostoli verba inuictẽ valẽt, eamq; inuictẽ refutant, quibus dixit, & dicẽdo ex præmissis cõcludit: ^{Verf. 20.}

Iam non ego operor illud. Si enim Apostolus, aut quilibet pius, non operatur illud malũ quod nolens facit, profectõ nec illi imputari potest illud malum, vt perpetua venia opus sit, nec tale malum aliqua erit in operibus iustorum bonis macula; quando illud ipsi non operantur. Et hoc volens Apostolus dicere, seq̃ue ab omni peccato & macula circa hoc malum immunem esse docere, sic argumẽtando conclusit: ^{Verf. 20.} *Si autem quod nolo, illud facio;*

Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Illud factum mihi imputari non debet: illud factũ in meis bonis operibus, quibus seruo legi Dei secundum mentẽ & interiorẽ hominẽ, nulla macula erit, quia hoc factũ meũ factũ non est, nec ego operor illud, sed est factum carnis meæ; & peccatum, quod habitat in carne

Cc 4 mea,

Calvinus
textus tibi
adversan-
tes diffi-
mular.

mea, operatur illud. Et quia hæc sententia ad totam Calvinii expositionem subvertendam perspicue & efficaciter facit, eam in postor leuissimè attigit, & postremum eius membrum, *sed quod habiat in me peccatum penitus non attigit*. Sic enim prosequitur hunc locum: *Tandem reperit Paulus illam sententiam quatenus præditus est caelesti luce, iustitia legis sed dum esse testem ac subscriptorem*. Atqui illa sententia, ut iam satis ostensum est, non solum ostendit, Paulum, quatenus præditus est caelesti luce, subscribere iustitiæ legis, & agnoscere legem esse bonam (quam subscrip- tionem tribuit Calvinus ipsis Ethnicis, videlicet tibus meliora, & deteriora sequentibus) sed ostendit illum non operari illud malum de quo dixerat, *Quod nolo malum, illud facio*, & præterea ostendit, quod peccatum habitans in carne sua, id est, vitiositas relicta in carne, operatur illud malum, id est, concupiscit & inclinat ad malum. Hoc totum impostor Calvinus silentio inuoluit, & ne ad illa verba nihil dixisse videretur aliud dixit, quod ad rem præsentem non pertinebat. Ad rem sanè Calvinii, id est, ad nefaria eius dogmata stabilienda aliquo modo illud pertinet. Sic enim ex eo infert: *Vnde sequitur, si nobis constaret pura natura integritas, legem non fore mortiferam. Quid ergo? Quia illa naturæ integritas non restituitur per Christum, ut omni pravo motu careat, ergo lex manet nobis mortifera? Quorsum ergo*

Paulo nõ
plus virtu-
tis tribuit
Calvinus
quàm
Ethnicis.

ergo hæcenus disputavit Apostolus, legem
jam non esse nobis amplius mortiferam?
non esse nos sub lege quatenus mortifera? non
detineri nos amplius sub lege mortis, in qua antea
detinebamur? Videat lector quomodo totam
Apostoli disputationem ita sursum deorsum
vertit & inuertit Calvinus, vt prorsus con-
trarium ei concludat quod Apostolus toto
hoc capite probare voluit.

Corrup-
telaruna
Caluina-
narum
scopus.

Addit adhuc: *Nec verò per se aduersam homini
eius sana mente præditus à peccato abhorret; verum
sanitas à caelesti medico est.* Aut hîc fatetur Cal-
uinus Christum cælestem medicum sanita-
tem menti nostræ attulisse, qua non solum
abhorreamus à peccato, sed & ipsum pec-
catum superemus, iuxta illud Apostoli, *Pec-*
catum vobis non dominabitur, vt sic lex nobis
non sit aduersa, sed grata & iucunda, quia
condelectamur illi; & tunc fateri debet, etiam
absque pura naturæ integritate legem non
esse mortiferam, (quod antea negauit) nec
solum regeneratos subscribere iustitiæ legis,
agnoscendo illam esse bonam, ac veræ iu-
stitiæ regulam, sed etiam implere ac facere
illam; & habere boni sui desiderij effectum; (quod
etiam antea negauit) aut hanc sanitatē à cæ-
lesti medico Christo nobis verè collatā esse
negat; vt sensus illorum verborum, Sanitas à
caelesti medico est, hic demum sit, in Christo esse
omnem iustitiam, & mentis sanitatem, qua
legem impleuit, non autem in nobis vllam

Caluinus
ex suis
verbis re-
futatur.

Rom. 6.

Cc 5 esse:

esse: quibus videlicet imputari Christi iustitia potest, sed vnicuique sua imperitia conferri non potest: & secundum hunc sensum homines regenerati nondum sunt in ipsis sana mente præditi, nondum ipsi à peccato abhorrent, sed manet illis lex Dei auersa atque mortifera. Vtrumlibet sensum eligat Calvinista, videt Calvinum impia & execranda docere. Sed in more Caluino et quum punctum hæreticæ suæ sententiæ attingit, concisè loqui, & paucissimis verbis: vt à suis quidem intelligi utcumque queat, ab orthodoxis verò, qui spiritum Caluini non habent, aut difficulter aut non omnino (quod ille maximè desiderabat) intelligatur. Hæc quum sæpe in Caluino occurrant, semel atque iterum admonuisse lectorem oportuit.

Sed reuocemus iterum ad incudem Caluini verba, in quibus deprauationis tertijs circa hunc locum punctum & cardo versatur, nempe Apostolum hoc sensu velle bonum, & non facere, quia studet quidem sua membra exhibere ad obsequium præstandum Deo, summanne corpus suum Spiritu Sancto: sed quia imperia facultas, reperire se negat Paulus quod optandum esset, nempe boni desiderij effectum. Ergo secundo Caluinum Paulus, & quilibet pius, habent bona desideria exequendi virtutes quæ lex iubet, & vitandi peccata quæ lex prohibet, sed non habent desideriorum suorum effectus;

Caluini
rechina v-
sitata.

Caluini
doctrina
omnem
virtutis
actionem
negat,
omnis
peccati
operatio-
nem po-
nit.

effectus; id est, reuera nec virtutes exequun-
 tur, nec peccata deuitant, quod optandum esset,
 quia ad obsequium præstandum Deo impar-
 tita facultas ad se: id est, debita facultate ca-
 rent, præstare non possunt. Sic illa nunc im-
 pia & teterrima vox ex ore Caluini auditur,
 quam à nullo vnquam Christiano audiri po-
 tuisse indicauit S. Augustinus: *Si Apostolus*
(inquit) de seipso dicit, Non quod volo bonum, hoc
ago; sed quod odi malum, illud facio; quid sumus
intellectum fratres mei? Itane Apostolus Paulus nole-
bat, verbi gratia, facere adulterium, & faciebat
adulterium? nolebat esse auarus, & erat auarus?
Quis autem nostrum audeat se indueretali blasphem-
ia, vt de Apostolo hoc sentiat? Atqui audet hoc
totum Caluinus, qui negat Paulum reperisse
boni desiderij effectum. Bonum autem in primis
desiderium est, non velle adulterari, nō vel-
le auarum esse. Habuit hæc bona desideria
Paulus, sed non habuit effectum. Fuit ergo
adulter, fuit auarus. Quare contra hanc blas-
phemiam subiungit paulò post Augustinus:
Si Apostolus ipse est in cuius persona hæc dicuntur,
(adhuc enim disputando rem ventilabat)
non sic intelligamus quod dixit, Non quod volo bo-
num, hoc ago; sed quod odi malum, illud facio; tan-
quam velit esse castus, & esset adulter; aut velit esse
misericors, & esset crudelis; aut velit esse pius, &
esset impius. Non ad hæc illa verba accipimus. Sed
ad quid? Volo non concupiscere, & non concupisco.
 Hæc Augustinus. Hic sensus nullam impie-
 tatem

*Serm 5.
de verb.
Apostoli.*

*Paulus iu-
xta Cal-
uinum
fuit adul-
ter, auar-
us, &c.*

B. Augu-
stini ex-
plicatio
luculenta.

tatem, nullam blasphemiam, nullum pe-
cati patrociniū habet, quæ omnia Calu-
sensus habet. Rursum in eodem sermone
gust. Velle adiacet mihi, perficere autem bonum
Non adiacet perficere, adiacet velle. Non dixit facere
sed perficere. Num enim nihil facis? Rebellas cruci-
piscencia, & non consentis: delectat vxor aliena,
non attendis: mentem auertis, in secretarum ma-
tis intras. Vides foris strepentem concupiscencia
Profer aduersus eā sententiā, mundās conscientiam
Nolo, inquis; non facio. Puta quia delectat. Non
facio, habeo cui condelecter. Condelector enim
Dei secundum interiorem hominem. Quid tu de ca-
ne tua tumultuaris? Quid delectationes fluxas,
fluxas, vanas, noxias, tumultuose suggeris, & ut
quasi garrula mihi narras? Condelector legi De-
non ex me, sed ex gratia Dei. Tu concupiscencia
in carne tumultuaris: mentem tibi non subdit. In
Deo sperabo; non timebo quid faciat mihi caro. In Deo
est, mente non consentiente tumultuatur caro. In Deo
sperabo; non timebo quid faciat mihi caro, sicut
aliena, ita nec mea. Qui ergo in se hoc agit, quid
facit? Multum facit, magnum est quod facit, sed
tamen non perficit. Quid est enim perficere? Vnde
mors, contentio tua? id est, omni concupiscencia
cōtentione carere, à qua sola mors liberat. Audia-
mus adhuc semel sanctissimū Augustinum,
cuius saluberrima verba tanquam antidota
contra Caluini venena idonea & efficacia,
ab omnibus orthodoxis libenter audiuntur.

*De nup.
& conc.
lib. 1. cap.
27.

*Agit aliquid concupiscencia carnis, etiam quando

non exhibetur ei vel cordis assensus ubi regnet, vel
 membra vel arma quibus impleatur quod iubet. Agit
 autem quid, nisi desideria mala & turpia? Hinc
 Apostolus velut ex sua persona introductione nos in-
 firmit, dicens: Non enim quod volo bonum, hoc ago,
 sed quod odi malum, illud facio: id est, concupisco:
 quia & nollet hoc facere, ut esset omni ex parte per-
 fectus. Verum qui a concupiscere volebat, & tamen
 concupiscebat, sed eidem concupiscentia nequaquam
 consentiendo serviebat, adiunxit atque ait: Nunc
 autem iam non ego operor illud, sed quod habitat
 in me peccatum. Multum autem fallitur homo, qui Cap. 28.
 consentiens concupiscentia carnis suae, & quod illa
 desiderat decernens facere & statuens (talis autem
 iuxta Calvinum ipse Apostolus fuit, qui sui
 boni desiderij, quo voluit haud dubie non
 consentire carnis concupiscentiae, effectum
 non habuit) putat sibi adhuc dicendum, Non ego
 operor illud, etiam si oderit (quod etiam odium
 peccati ponit in suo iusto Calvinus) quia con-
 sentit. Simul enim est virumque: & ipse odit, quia
 malum esse novit: & ipse facit, quia facere decrevit.
 Qui ergo dicit, Iam non ego operor illud, sed quod Cap. 29.
 habitat in me peccatum; si tantummodo concupiscit,
 verum dicit: non si cordis consensione decernit, aut
 etiam corporis ministerio perficit. Deinde adiungit
 Apostolus, Velle adiacet mihi, perficere autem bonum
 non invenio: quod ideo dictum est, quia tunc perfici-
 tur bonum, quando desideria mala nulla sunt; sicut
 tacet perficitur malum, quando malis desiderijs obedi-
 tur. Quando autem sunt desideria, sed non eis obedi-
 tur;

tur; nec malum perficitur, quia non eis obediunt; nec bonum, quia sunt: sed fit ex aliqua parte bonum, quia concupiscentia mala non consentitur; & ex aliqua parte remanet malum, quia vel concupiscentia. Ideo ergo Apostolus non ait facere bonum, sed adiacere, sed, perficere. Multum enim boni facit, post concupiscentias suas non ambulat: sed non perficit bonum, quia non implet quod scriptum est, Non concupiscas. Hæc Augustinus, cuius dissertationem paulò prolixius protuli, ut, quibus contra antecedens refutatio satisfacere non poterat, tanti Doctoris satisfaciat. Quod autem Augustinus dixit, non impleri quod scriptum est, Non concupiscas, intelligendum est non quoad obligationem, sed quoad finem præcepti & doctrinæ perfectionem, sicuti sequentia statim eius verba ostendunt paulò superius à nobis citata, ideoque hoc loco non repetenda.

22. Condelector enim legi secundum interiorem hominem. 23. Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis mei, & captivantem me in lege peccati, quæ est in membris meis.

CONFIRMANT hæc verba præcedentium conclusionem; totamque Apostoli computationem à versu 14. huc usque elucidant, quasi que commentario adhibito illustrant. Quod perspicuis verbis explicat

tem Augustinum audiamus: Lex bonum dicitur volenti facere: adiacet autem malum ex concupiscentia.

entia, cui non consentit qui dicit, Iam ego non
 oporret illud. Apertius autem quod sequitur vtrumque
 declarat: Condelector enim legi Dei secundum inte-
 riorum hominem: video autem aliam legem in mem-
 bris meis. Et alio in loco: Ista condelectatio legi
 Dei secundum interiorum hominem de magna venit
 nobis gratia Dei. In ea quippe condelectatione in-
 terior noster homo renouatur de die in diem, cum in
 ea proficit perseveranter. Non enim timor est tor-
 quens, sed amor libens. Ibi sumus veraciter liberi,
 ubi non delectamur iniuri. Verum illud quod ait,
 Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi
 mentis mea, ipsa est, de qua loquimur, concupis-
 centia, lex peccati in carne peccati. Hic sunt ergo
 illa duo de quibus antea obscurius dixerat,
 Non quod volo bonum, hoc ago; sed quod odi ma-
 lum, illud facio: vnum, quod vult bonum, &
 non vult malum; alterum, quod non facit
 bonum, sed malum. Quod vult bonum, &
 non vult malum, est interior homo, & lex
 mentis, quae condelectatur legi Dei dicenti,
 Non concupisces. Haec enim lex mentis, hic in-
 terior homo, vult hoc bonum quod lex di-
 cit, videlicet, non concupiscere, sed omni con-
 cupiscentia carere. Non vult etiam ma-
 lum quod lex prohibet: non vult concupis-
 cere. Quod verò non facit bonum, sed ma-
 lum, est lex membrorum quae semper concupis-
 cit malum, & repugnat legi mentis delecta-
 tae in bono, volentique non concupiscere;
 & sic repugnat, ut eam captiuet in lege peccati,
 id est,

De nupr.
 & concup.
 libro 1.
 cap. 10.

Paulus se-
 ipsum ex-
 plicat.

id est, faciat eam concupiscere, & motus
 concupiscentiæ obnoxiam; si illa verba
 captiuantem me, intelligas de toto homine
 vt ita sensus sit, interprete Augustino
 captiuantem me, id est, captiuare conantem, & a
 consentiendum implendumque cogentem, aut potius
 (quod non habet controuersiam) captiuantem secun-
 dum carnem, quam nisi teneret carnalis concupis-
 centia, quam legem peccati vocat, non visqueret
 vllum illicitum desiderium, cui mens obedire non vo-
 beat, commoueret. Lex ergo membrorum re-
 pugnans legi mentis, captiuat hominem
 stum in lege peccati, quatenus facit eum
 inuitum concupiscere, prauos motus ac pro-
 ua desideria habere quæ habere nollet. Post
 tamen illud, captiuantem me, non de toto ho-
 mine, sed de sola carne optimè intelligi
 quod his verbis explicat Augustinus: Quam
 paulò superius & ipse Apostolus Paulus, quo-
 modo rectè potuerit de carne sua dicere, captiuantem
 me, satis euidenter aperuit. Cùm enim dixisset, non
 enim quia non habitat in me, id ipsum exponens adi-
 iunxit & ait, hoc est, in carne mea, bonum. Hæc ergo
 captiuatur sub lege peccati, in qua non habitat bo-
 num, hoc est, caro ipsa captiuatur. Carnem autem
 nunc appellauit, vbi est morbidus quidam carnis
 affectus, non ipsam corporis conformationem. Hæc
 ille. Rursum alio in loco: Sicut illa duo, ego
 autem carnalis sum, & venundatus sub peccato, et
 posuimus propter carnem adhuc corruptibilem dicitur
 sic & hoc potest intelligi, vt, captiuantem me, dicitur

De nupt.
 & concup.
 lib. 1. c. 30

Lex mem-
 brorum
 quomodo
 captiuat
 iustum.

Ibidem
 cap. 31.

Contra 2.
 epist. Pel.
 lib. 1. cap.
 10.

in carne, non mente; motione, non consensione; & ideo captiuantem me, quia in ipsa carne non est aliena natura, sed nostra. Sicut ergo exposuit ipse Apostolus quid dixerit, Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum; sic iam ex illius expositione hunc locum debemus accipere, tanquam dixerit, captiuantem me, hoc est, carnem meam, in lege peccati qua est in membris meis. Hæc iterum ille. Vtrumq; autem illud, captiuantem me, intelligas, siue quòd mens ipsa captiuetur, siue quòd sola caro; illa captiuatio sub lege peccati nihil amplius dicit, quàm concupiscendi prauosque motus & praua desideria habendi necessitatē inuitabilem, quamdiu sumus in corpore mortis huius, id est, in hoc mortali & corruptibili corpore. Hæc autem captiuatio in lege peccati, seu carnis, seu ipsius mentis, non impedit mentem & interiorem hominem condelectari legi Dei, velle non concupiscere, ideoque multò magis multoque certius concupiscētis ipsis non obedire, nec velle vnquam obedire. Qui enim non vult concupiscere, & hoc ipsum ægerimè fert quòd vel concupiscat, primosque mali motus sentiat, multò fortius ipsis concupiscētis obedire non vult. Idcirco enim vellet non concupiscere, ne illi aliquando obrepat consensus in malum. Talem hinc seipsum & in sua persona iustos omnes in Christo regeneratos describit Apostolus, qui ab ipsa etiam concupiscentia abhorrent, qui, iuxta quod

Captiuatio seu mentis seu carnis non impedit veram iustitiam.

D d lex

lex dicit, vellent omnino non concupiscere & legi vetanti ipsum concupiscere condempnantur secundum interiorem hominem Dei videlicet gratia renouatum. Sic mentes habent liberam ab omni consensione in malum, licet carnem gerant captiuam ad concupiscendum id quod malum est.

Calvinus
lucē verbi
Dei extin-
guit.

Quid hic Calvinus in tam dilucida Apostoli explicatione? Iterum tenebras offundit, & lucē verbi Dei extinguit. Ideo (inquirit) Paulus ait se captiuū à carne sua vinciri, quia quod titillatur adhuc prauis concupiscentijs & committitur, id coactio est respectu spiritalis desiderij quod prorsus resistit. Verum quidem hoc est, non est totum quod Paulus dicit. Non tantum coactionem docet ex parte carnis quod spirituale desiderij resistit, quod nihil aliud est quam legem mentis repugnare legi membrorum sed præterea docet, legem mentis condempnatam legi Dei, id est, non velle prauis concupiscentijs titillari, ideoque multo magis non velle illis consentire aut obedire, in quo consistit

Iustitia
Christiani
hominis.

Christiani hominis iustitia: cuius hominibus acerrimus Calvinus eam penitus hoc loco silentio inuoluere voluit. Nec inuoluere silentio contentus, eā penitus fermento suo pessimo corrumpit. Pone enim iterū in eadē homine mente carnē & spiritū, & liquidissimam hoc loco Apostoli distinctionem confundit. Sic enim scribit: *Notanda est diligenter hoc loco acceptio interioris hominis & membrorum: quam plurimum*

ade intelligerent, ad hunc scopulum impegerunt. Inferior igitur hominō anima simpliciter dicitur, sed spiritalis eius pars, quæ à Deo regenerata est. Membrorū vocabulum residuam alteram partē significat. Nam ut anima est pars excellentior hominis, corpus inferior; ita spiritus superior est carne. Hac ergo ratione, quæ spiritus locū animæ tenet in homine, caro autem, id est, corrupta & vitiosa anima corporis, inferioris hominis, hæc membrorum nomen obtinet. Hæc ille. Magna est huius hæretici impudentia, magna & effrons audacia; planeque talis, quæ omnes suos lectores quasi fongos & stipites futuros existimans, illis in os & faciem apertè illudit. An non aperta illusio est, ponere carnem in anima, membra in mente? An non ipsi Apostolo illudit, qui distinxit disertissimis verbis legem membrorum à lege mentis? Inuenio (inquit) legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Si lex membrorum repugnat legi mentis, nec mēs nisi in anima est, vel potius ipsa anima; quomodo dicit Calvinus quod residua pars animæ membrorum vocabulo significatur? An vna animæ pars alteri repugnat? Planè, ait Calvinus, quia vna pars animæ regenerata est, & illa vocatur spiritus, altera pars non regenerata (nam hoc adiungi necesse est) membrorum vocabulum sortitur. Qualis hæc profana & inaudita verborum nouitas? Ergo anima à Deo regenerata, tota non regeneratur? Ergo homo à Deo iustificatus, qui non nisi ex parte animæ iustificatur

Calvini impudentia singularis.

Anima tota nec regeneratur, nec saluatur, iuxta Calvinum.



tur (iustitiæ quippe capax corpus non est) ab
vna parte iustificatur, ab altera non? Tal
ergo iustificato ex hac vita decedente, in
vna pars animæ ad superos euolabit, altera
inferos descendet? vna beatitudinis particeps
erit, altera gehennæ pœnis cruciabitur? Si enim
nisi vna pars regeneratur, profectò nisi vna iustifi-
catur, profectò nisi vna saluatur. An non suos
lectores stipites & fungos putauit Calvinus, qui
hæc tam aperte abroda non aduerterent?

Caluinianæ doctrinæ absurda.

Deinde, si caro in regeneratis est anima
vitiata & corrupta, quid erit in eisdem ipsa
caro propriè dicta, & carnis propriè dictæ
sensualitas? In regeneratis aut purgatur
sensualitas, aut non purgatur. Si purgatur,
anima felicior sensualitas est, quæ non nisi
ex vna sui parte purgatur. Si non purgatur,
quo illam nomine vocabimus, vt ab altera
carne, quæ pars animæ vitiata est, eâ distin-
guamus? Aut fortè in regeneratis nulla est
sensualitas carnis propriè dictæ, sed à carne
in animam tota transiuit, vt in eius parte
non regenerata resideret? Quis talia abro-
da, nisi in schola Caluini, audiret? Quis ig-
norat in tota Apostolica Scriptura, spiritum
à carne, mentem à membris, interiorem ho-
minem ab exteriori ita distingui, vt non vnus
rei partes diuersæ, sed res essent ipsæ diuersæ,
quarum vna alteri imperaret, & vna contra
alteram

alteram incessanter bellum gereret? Quod
 aduertens S. Augustinus, ita scribit: *Ego sum*
in carne, ego sum in mente: sed magis ego sum in
mente quam in carne. Mens enim regit, caro regitur:
et magis sum ego in eo quod rego, quam in eo in quo
regor. Rursum: Ex parte meliori spiritualis sum,
ex parte inferiori carnalis. Quæ melior, nisi ani-
ma? quæ inferior, nisi caro proprie dicta? An
etiam ex anima & carne tanquam duabus in-
tegris compositi partibus constare totum
hominem negabit Calvinus? An ex sola ani-
ma eum constare dicet, quarum vna pars ip-
sa caro sit?

Sed hic Calvinum suum iuuare Beza vo-
 luit. Græcos enim Patres à Pelagianis non
 vexatos reprehendit, quòd *discrimen hominis*
exterioris & interioris, spiritus & carnis, in distri-
butione facultatum hominis, mentis & carnis, su-
terioris ac inferioris rationis, consistere docuerint.
 Atqui Augustinus à Pelagianis exercitatil-
 simus idem clarissimè docuit loco iam ac
 verbis postremò citatis. Et hoc sensu Apo-
 stoli verba intellexit atque exposuit, qui-
 bus dixit: *Mente seruo legi Dei, carne autem legi*
peccati. Sed nec Augustinus nec Græci Patres
 de homine Christiano & regenerato lo-
 quentes, mentem aut superiorem rationem
 pro naturali tantùm hominis facultate acci-
 piunt, quando illis vocabulis interiorè ho-
 minem aut spiritum (quatenus carni & exte-
 riori homini opponitur) designant: sed men-

D d 3 tem

Serm. 5.
 de verb.
 Apostoli.

Verf. 22.
 cap. 7. ad
 Rom.

Interioris
 & exterioris
 hominis
 distinctio.

2. Cor. 4.
16.

rem Dei gratia illustratam atque adiutam
superiorem quoque rationem spiritualibus
Deo donis exornatam. Sed quid Patrum iu-
diciū quærimus hac in re? An non Apo-
lus exteriorem hominem & interiorem sic
alibi opponit, ut ille carnem ab anima di-
stinctam, hic verò ipsam propriè animam &
superiorem rationem significet? Sic enim
scribit: *Licet is qui foris est noster homo corrup-
tur, tamen is qui intus est renouatur de die in diem.*
Hic disertè hominem, exteriorem pro ipso
corpore & carne ab anima distincta accipit,
varijs afflictionibus vexatum & infirmatum,
interiorem verò hominem pro ipsa anima
nouas quotidie gratiæ vires, nouum decus
resumente; ut afflictiones illas fortius to-
leret, ac tolerando purior reddatur. Non
fuit huius loci oblitus Calvinus. Quid ergo
respondet? *Alio (inquit) sensu capitur exterius
homo 2. ad Cor. 4. 16. sed presentis loci circumstan-
tia, quam posui expositionem necessariò exigat. Sed
quæ est hæc huius loci circumstantia? aut
quare illa talem expositionem necessariò
exigat? Neutrum dicit, neutrum demonstrat,
neutrum probat. Sola assertione vitur, tanta
impudentia, quanta vix dici potest. Sicite-
rum Apostolo, sic suis lectoribus perfida
fronte illudit. Sed & illa singularis quoque
impudentia est, quòd ait, *acceptiorem interi-
oris hominis & membrorum, plurimos, quam multi
intelligerent, ad hunc scopulum impigisse.* Impigisse
ergo*

Caluini
singularis
impuden-
tia.

ego Augustinus, impegunt omnes haste-
 nus interpretes; impegit & Paulus ipse, qui
 acceptionem à Caluino impugnatam alio in
 loco secutus est. Sanè sicut Arianus aliquis
 diceret, *Hæc verba, Verbum caro factum est, plu.* Ioan. 1.
 rimi malè intelligentes, ad hunc scopulum
 impegunt, vt Christum esse filium Dei na-
 turalem crederent; aut Pelagianus aliquis
 diceret, *Illa verba, Gratia salui facti estis ex fide,* Ephes. 2.
 & hoc non ex vobis, *Dei enim donum est,* plurimi
 malè intelligentes, ad hunc scopulum impe-
 gerunt, vt fidem donum esse Dei existima-
 rent; aut Manichæus aliquis diceret, *Illa ver-*
ba, De filio Dei ex semine Dauid secundum carnem, Rom. 1.
 plurimi malè intelligentes, in hunc scopu-
 lum inciderunt; aut postremò quilibet hære-
 ticus ad diuinæ Scripturæ verba suis hæresi-
 bus apertè repugnantia diceret, plurimos, il-
 la verba malè intelligentes, ad illum scopu-
 lum impegisse. Quàm enim clarè & perspi-
 cue ex Scripturis citatis Christus verus Dei
 filius, & simul verus ac naturalis homo, fides-
 que verum Dei donum contra prænomina-
 tos hæreticos probatur; tam clarè & perspi-
 cue lex mentis & homo interior, totam ho-
 minis regenerati animam; lex verò mem-
 brorum captiuans in lege peccati, homi-
 nē exteriorē & corruptibile hoc corpus con-
 cupiscētijs & vitijs obnoxiiū significare, ex his
 Pauli verbis probatur. Sed solet Caluinus,

Caluini
arteb.

Dd 4 maxi-

maximam verborum confidentiam, audaciam, impudentiam adhibere.

25. Itaque ipse ego mente seruo legi Dei, carni autem legi peccati.

Conclusio & epilogus totius disputationis est de statu hominis regenerati in corpore mortis huius adhuc constituti, quo se liberari postulat, & donec liberetur miserum se agnoscit. Mortem corporis (ait Calvinus) vocat massam peccati, vel congeriem ex qua totus homo conflatus est: nisi quod in Paulo tantum manebant reliquia peccati, quarum vinculis captiuus detinebatur. Præposterè rursus & inepitè si enim reliquijs peccati adhuc captiuus detinebatur Paulus, & hæ reliquæ animam ac mentem eius occupabant, vt in præcedentibus explicauit; falsum erit quod Paulus statim concludit: *Mente seruo legi Dei, carni autem legi peccati.* Et quid ni? dicit Calvinus.

Hæc enim exceptione, (carne autem legi peccati) detur se ita esse Deo addictum, vt reptans in terra multis sordibus inquinetur. Hæc est impuri hæretici impura blasphemia. Paulus, cuius conversatio in caelis erat, iuxta Calvinum reptat in terra, qui in simplicitate & sinceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conversatus fuit in hoc mundo, & in quo Christus vivebat, iuxta Calvinum multis sordibus inquinatus est. Quomodo ergo cupiuit Paulus dissolui & esse cum Christo, vtique in cælo, quò nihil coinquinatum intra-

Caluini in Paulum maledicentia.

Philipp. 3. 20.

2. Cor. 1. 12.

Gal. 2.

Philipp. 1. 23.

Apocal. 21. 27.

intrabit, si adhuc multis sordibus inquinatus
erat? Sed sordidus hæreticus, & fœda libidi-
ne plenus, innumerisq; peccatorum sordibus
inquinatissimus, arrogantia, malevolentia,
vindictæ cupiditate, honoris & diuitiarum
appetencia fœdatus, vt vitæ eius historia te-
statur, cauteriata conscientia diuinas Scrip-
turas deprauans, mentiendi & fallendi nulla
conscientia tædus (vt tam varia iam expe-
rientia mōstrauit) suo malè toruo pede San-
ctum Apostolum metitur.

Hoc igitur relicto impostore, & mendaci
magistro, Sanctissimū Augustinum iterum
in hæc verba audiamus. Primū, de cor-
pore mortis, à quo liberari Apostolus cupit,
sapienter in hunc modum scribit: *Quid hinc*
aliud intellecturi sumus, nisi quia corpus, quod cor-
rumpitur, aggrauat animam? Cū ergo idipsum
corporem incorruptibile recipietur, plena erit libe-
ratio à corpore mortis huius, à quo non liberantur
qui sunt ad poenam resurrecturi. Ad corpus ergo mor-
tis huius intelligitur pertinere, vt alia lex in mem-
bris repugnet quidem legi mentis, dum caro concu-
piscit aduersus spiritum, etsi mentem non subiuget,
quia & spiritus concupiscit aduersus carnem. Atque
ita, quāuis lex ipsa peccati captiuum teneat aliquid
carnis, vnde resistat legi mentis; non tamen regnat
in nostro licet mortali corpore, si non obeditur desi-
derijs eius. Hæc ille, qui alio in loco idem la-
tius & prolixius prosequitur. Illa verò alia
verba Apostoli, *Mente seruo legi Dei, carne au-*

De nupt.
& concu-
pisc. lib. 2.
cap. 31.

Serm. 5.
de verb.
Apostoli
in fine.

D d 5 tem

Ibidem. rem legi peccati, sic (ait Augustinus) intelligenda sunt: *Mente seruius legi Dei, non consentiendo legi peccati: carne autem seruius legi peccati, habendo desideria peccati; quibus et si non consentio, non tamen penitus careo.* Hæc ille. Nullæ hic sordes, nulla inquinamenta, nihil humi receptum in Apostolo apparet. Desideria praua quibus Apostolus non caruit, quia illis non consentit, non fuerunt illæ sordes, quibus iustitia mentis, qua Deo seruiuit, macularetur, sed erant virtutis materia, qua gloriosa certamine *exercebat, vt alibi loquitur Augustinus.* Sic stimulus carnis ab Apostolo sublatus non fuit, non vt illo sordidaretur, sed vt virtus eius in infirmitate perficeretur, ad quod sufficiebat illi gratia Christi. Voluit in hoc capite Calvinus omnium bonorum operum immunditiam ponere, actionem tollere, effectum destruere: sed dum hoc facit, disputationem Apostolicam fœdissimè contaminare, deprauare, inuertere coactus est.

Argumentum Cap. VIII.

PROSEQUITUR Apostolus effectus gratia, veramque per Christum à seruitute peccati liberationem; eiusque liberationis dignitatem, amplitudinem, ac felicitatem multis verbis describit. Docet primùm, omnes Christo insertos esse